

DE SACRO ALTA  
RIS MYSTERIO


1 5 3 6


















and  
gave  
the  
book  
to  
the  
library  
of  
the  
University  
of  
Oxford  
in  
1750













FORTITUDO




LUCRECIA



Accipe o lector accuratissime **M**isse  
ordinem nouiter Impressum / cura & expensis Ho-  
norabilis uiri Ioannis Baptiste de Car-  
minatis Ciuis Laudensis.





**W woluminie kolejno współprawne sygnatury:**

**SD 41696 I**



**SD 41697 I**

**SD 41698 I**

**SD 41699 I**

DE SACRO ALTA  
RIS MYSTERIO

1 2 3 6





Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.  
Z księgozbioru Gimm. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.  
1930.

**Accipe o lector accuratissime Disse**  
ordinem nouiter Impressum/cura & expensis Ho.  
norabilis uiri Ioannis Baptiste de Car.  
minatis Cuius Landensis.



234238 II



61) 416981

1241346 (N)

**R**euere[n]dissimo in Christo patri & d[omi]no D. Bernardino mise-  
 ratione diuina sacrosancte Ro. ecclesie Tituli sancte Crucis  
 in Hierusalem presbytero Cardinali Saguntin[ensi]. presidio suo. Ioan-  
 nes Burckaldus Argentinen[sis] decretorum doctor & sedis Apo-  
 stolice Prothonotarius: magister Ceremoniarum Capelle sanctis-  
 simi domini nostri Pape / se humiliter comendat. Versatus ab  
 adolescentia circa sacras Cerimonias Reuerendissime domine :  
 cum uidero q[uo]d plures presbyteros in celebratione missarum mul-  
 tas abusiones: & diuersos ritus & gestus incouenientes frequenter  
 imitari: indignum existimaui: non esse a sancta Roman[ensi] ecclesia  
 omnium ecclesiarum matre & magistra traditum: sacerdotibus  
 certum modum qui in celebratione huiusmodi uniuersaliter ob-  
 seruaretur. Collegi propterea alias in unum & in publicum tradidi  
 ex diuersis decretis sacrorum patrum: que summi Pontifices pro  
 celebratione predicta instituerunt. Et cum nuper collecta h[uius]m[od]i  
 reuiderem comperi plura esse omissa q[ue] tradita. Addidi igitur que  
 occurrerant: & prout potui compleui opus: quod offero correctio-  
 ni Reuerendissime. D. V. que est sacrorum expertissima: & omni-  
 um dubiorum circa diuina uerus resolutor: cui supplico: digne  
 rur ex eo euellere & reformare prout uiderit oportunum: ut ex  
 eius correctione auctoritatem recipiat: & omnibus utile fiat.

**R**espon[sio] Reuerendissimi d[omi]ni Cardinalis sancte Crucis.

**R**euere[n]de pater: uidimus Ordinarium misse quod non si-  
 ne labore & magno fructu ex antiquis & modernis compi-  
 lastis & quantum nobis in presentia occurrit: nihil in se habet di-  
 minuti: aut superflui. Habemus itaq[ue] uobis ingentes gratias: q[uo]d  
 consuetudinem sancte Romane ecclesie in celebratione maximi  
 sacramenti presbyteros nostros plene docuistis: & certe oportuit  
 eius rei unicum ordinem tradi: ut uidelicet sacramentum unio-  
 nis ecclesie / sacerdotes omnes uniformiter administrent.  
 Bene ualete.

**Rubricae huius operis.**

- Q** uibus hora / & loco: & quot presentibus debet missa celebrari. fo. iiii.
- Q** ue hore canonice dici debeant ante celebrationem missae. fo. eodem.
- D** e iunctione manuum ante pectus qualiter fieri debeat. fo. v.
- Q** ualiter minister debet dare aquam manibus Celebrantis: & ampullas uini & aque ministrare eidem. fo. eodem.
- Q** uomodo & qualiter celebrans manu dextra populo / uel rei / aut sibi ipsi benedicit & interim sinistra tenet. fo. vii.
- Q** uando interflectentes Missae debent genua flectere: & quando stare debeant / uel sedere. fo. eodem.
- Q** ue dici debeant in missa per celebrationem intelligibili uoce. fo. viii.
- Q** uomodo debeat fieri inclinatio capitae ante altare. fo. ix.
- D** e osculo altaris quomodo debeat fieri. fo. eodem.
- Q** ualiter liber missalis ponitur super altare usque ad Euangelium. fo. eodem.
- Q** uando dicitur & quando non dicitur Gloria in excelsis deo. fo. x.
- Q** uando dicitur in missa Flectamus genua. Leuate. fo. eodem.
- Q** ualiter Celebrans se sustinet cum genuflectit. fo. eodem.
- Q** ualiter extensio manuum ante pectus fieri debeat. fo. eodem.
- Q** uemus & omnes orationes & postcommuniones / cum suis conclusionibus usque ad earum finem dicuntur ante librum. fo. eodem.

- A**d nomina Iesus & Maria caput inclinatur. fo. eodem.
- S**i altare est uersum populo: celebrans se non uertit cum populum alloquitur / uel ei benedicit. fo. eodem.
- C**elebrans ad Orate fratres / & populi benedictionem duntaxat circulum perficit. fo. eodem.
- Q**uot & quo ordine dicuntur orationes siue collecte. fo. xi.
- I**n orationibus cōmemorationum sanctorum debet ordo Letaniarum obseruari. fo. eodem.
- Q**uando Alleluia non dicitur / & quō dicitur in missa. fo. xii.
- Q**ualiter liber missalis ponitur super altare pro Euangelio & aliis dicendis / usq; ad cōionem. fo. eodem.
- D**e osculatione Euangelii. fo. xiii.
- Q**uōmodo dicitur ea que dicenda sunt in medio altaris. fo. xiiii.
- Q**uot & quo ordine debent dici secrete & postcōmuniones. fo. xv.
- Q**ue omittuntur in missis defunctorum ex his que dñr in aliis missis. fo. xxiii.
- D**e celebratione duarū uel trium missarum eadem die. fo. eodem.
- D**e missa sicca. fo. eodem.
- D**e eadem missa sicca in mari & fluminibus dici solita. fo. xxiiii.
- D**e eadem coram infirmo / uel alia persona dicenda. fo. eodem.

**F**inis Tabule.

**O** Rdo seruandus per Sacerdotem in celebratione missæ sine cantu & sine ministris s̄m ritum sancte Romane Ecclesie/ & dici debent ex libro expedite: non tñ nimis festinanter/ & fieri omnia ut iacent nihil omisso/ addito/ aut in eius mutato / uel de ipsis minuto. Et ordines hmōi obseruant etiam summus Pontifex/ do mini Cardinales/ Patriarche/ Archiepiscopi/ & Ep̄i/ qñ nō celebrāt Pontificaliter/ sed in priuato. Cum aut̄ in Pontificalibus celebrant obseruant cerimonias in Pontificali & certmoniali positas.

Quibus hora & loco & quot p̄ntib⁹ debet Missa celebrari.

**M**issa debet dici ab Aurora usq; ad horam Nonam in loco & altari ab Episcopo consecratis. Potest tñ de licentia Episcopi ordinari / aut superioris sui dici etiam in loco non consecrato: als tñ congruo & honesto: & super Altari portatili cōsecrato: & duobus presentibus/ si est publica: uel si priuata/ uno presente: qui respondeat in persona totius populi: quam soli sacerdoti rite ordinato & indumentis debitis parato detecto capite dicere licet & debet seruari ordinarium missæ tam in dicendis q̄ etiam in actibus.

Que hore canonicæ dici debeant ante celebrationē Missæ.

**S**acerdos igitur missas celebraturus: in primis ad minus matutinas: & primam horas canonicas dicat deuote: nisi statuto uel consuetudine ecclesie aut als habeat infra: uel immediate post matutinas ante horam primam celebrare: quo casu poterit anteq̄ primam dicat id peragere. & si in peccato mortali constitutum se cognouerit: ante oia coram alio sacerdote: absoluenti eum iurisdictionem seu potestate habente genuflexus capite discooperto confiteatur eides/ cooperto capite in cōuenienti loco sedentis oia peccata sua/ & ab eodē abolutionē & penitentiā salutariē/ pro cōmissis criminibus recipiat. Deinde si uoluerit poterit pro deuotione orationem sequentem/ que est sancti Augustini ante altare: uel alio cōuenienti loco genuflexus dicere.

**O**ratio.

**S**umme Sacerdos & uere Pontifex qui te obtulisti deo patri hostiam uiuam purā/ & immaculatā in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: quiq; dedisti nobis carnem tuam ad manducandum/ & sanguinē tuū ad bibendū/ & posuisti mysteriū illud in uirtute spūs sancti dicens. Hoc quotienscunq; feceritis in mei memoriam facietis. Rogo te per sanguinem tuū preciosum magnuz salutis nostre pretiū: rogo te per hanc mirā & inerrabilē charitatē qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es: ut lauares nos a peccatis nostris sanguine tuo. Doce me indignum seruum tuum

quem inter cetera dona tua etiam ad officium sacerdotale uocare dignatus es: nullis meis meritis: sed sola misericordie tue dignatione: doce me queso per spiritum sanctum tuum tantum tractare misterium ea reuerentia & honore: ea deuotione & timore quibus oportet & decet: fac me queso per gratiam tuam semper illud de tanto misterio credere & intelligere: sentire & firmiter tenere: dicere & cogitare: quod tibi placet: & expedit anime mee. Intret spiritus tuus bonus in cor tuum: qui sonet ibi sine sono: & sine strepitu uerborum loquatur ueritatem tantorum misteriorum profunda sunt quippe nimis: & sacro tecta uelamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi missarum solemniam puro corde & munda mente celebrare. Libera cor meum ab immundis & nephandis: uanis: & noxiis cogitationibus. Muni me queso beatorum angelorum pia & fida tutela atque fortissima custodia: ut hostes omnium bonorum confusi discedant per uirtutem tanti misterii: & per manum sancti angeli tui repelle a me & a cunctis seruis tuis spurcissimum & nephandissimum spiritum inanis glorie: iracundie: fornicationis: superbie: & cenedoxe: inuidie: auaritie blasphemie: & immunditie: dubietatis: & diffidentie: ut tantum sacrificium cum omni puritate ualeam tibi offerre. Confundantur qui me persequuntur. Pereant illi qui perdere cuncta bona festinant. Rex uirtutum deus amator castitatis & integritatis celesti rore benedictionis tue extingue in corpore meo totum fomitem ardentis libidinis: ut maneat in me tenor totius castitatis & integritatis anime & corporis. Mortifica in me membris meis carnis stimulos: omnesque libidinosas commotiones: & da mihi ueram & perpetuam castitatis sanctimoniam: cum ceteris donis tuis que tibi placent in ueritate: ut sacrificium laudis tue casto corpore / & mundo corde tibi ualeam offerre. Quanta enim cordis contritione: & lacrimarum fonte: quanta reuerentia: timore: & tremore: quanta cordis castitate: & anime puritate: illud diuinum & celeste sacrificium est celebrandum domine ubi caro tua in ueritate sumitur: & sanguis tuus in ueritate bibitur: ubi ima sumis iunguntur: ubi adest sanctorum & angelorum presentia: ubi tu es sacerdos & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter. Quis digne hoc celebrare potest: nisi tu omnipotens deus offerentem feceris dignum. Scio uere domine / & scio ac id ipsum bonitati tue confiteor quod non sum dignus accedere ad tantum misterium: propter nimiam peccata mea: & infinitas negligentias meas. Sed scio uera

citer: & credo ex toto corde / & ore confiteor : quia tu me potes dignum facere : qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine: & de peccatoribus iustos facis & sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo concede mihi peccatori hoc celeste sacrificium celebrare cum timore / & tremore: cum cordis puritate / & lacrimarum fonte : cum spirituali letitia / & gaudio celesti . Sentiat mens mea domine dulcedinem beatissime presentie tue: & excubias sanctorum angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim in memor venerande passionis tue: accedo ad altare tuum licet peccator / ut offeram tibi de donis tuis sacrificium: quod tu instituisti : & offerri tue maiestati precepisti in commemorationem tuam / pro nostra salute . Suscipe ergo illud queso summe Pastor pro ecclesia tua sancta : pro populo tuo quem acquisuisti sanguine tuo . Et quoniam me peccatorem inter te & eundem populum tuum medium esse uoluisti: licet in me boni operis testimonium non cognoscas: officium saltem dispensationis mihi credite non recuses : ne per me indignum famulum tuum eorum salutis pereat pretium: pro quibus uictima factus : dignatus es esse redemptio salutis. Profero ergo domine si digneris propitius intueri: tribulationes plebium: pericula populorum: captiuorum gemitus: miserias orphanorum: necessitates peregrinorum: inopiam debilium: desperationes languentium: defectus senum: suspiria iuuenum: uota uirginum: & lamenta uiduarum: tu enim misereris omnium domine : & nihil odisti eorum que fecisti . Memorare domine que sunt nostra substantia quia tu pater noster es: tu deus noster es: ne irascaris neque multitudinem uiscerum tuorum misericordie tue super nos contineas . Non in iustificationibus prosterminimus preces ante faciem tuam : sed in miserationibus tuis multis . Aufer a nobis iniquitates nostras : & ignem sancti spiritus in nobis clementer accende . Aufer a nobis cor lapideum de carne nostra : & da nobis cor carneum : quod te timeat / te amet / te diligat / in te delectetur / te perfruat / te sequatur . Oramus domine clementiam tuam: ut sereno uultu familiam tuam sacri tui nominis officia prestulantem aspicere digneris : & ut nullius sit irritum uotum: nullius uacua postulatio: tu nobis preces suggere: quas ipse audire propitius / & exaudire delecteris. Rogamus te etiam pater sancte / & pro omnium fidelium animabus de sanctorum ut sit illis salus eterna : perpetua sanitas : gaudium & refrigerium sempiternum : hoc magnum puritatis sacramentum : deus meus

sit illis hodie magnum & plenum conuiuium de te pane uiuo qui  
 de celo descendisti: & das uitam mundo: de carne tua sancta & be-  
 nedicta: agni uidelicet/ qui tollit peccata mundi: que de sancto &  
 glorioso utero beate uirginis Marie est assumpta: & de spiritu san-  
 cto concepta: de illo precioso sanguine tuo/ qui pietatis fonte per  
 lanceam militis ex tuo sanctissimo latere feliciter emanauit ut in-  
 de sanati/ refrigerati/ refecti/ & consolati exultens in laude & glo-  
 ria tua. Peto clementiaz tuam piissime redemptor: ut descendat su-  
 per hunc panem & calices istum plenitudo diuinitatis tue. Descen-  
 dat etiam domine illa sancti Spiritus tui inuisibilis forma: & in-  
 comprehensibilis maiestas: sicut quondam in hostiis patrum descen-  
 debat: que in oblationes nostras corpus & sanguinem tuum effi-  
 ciat: & me indignum sacerdotem tuum doceat tñ tractare misteri-  
 um: cum cordis puritate/ & lachrimarum fonte: cum reuerentia & tre-  
 more: ita ut placide & benigne suscipias sacrificium laudis de ma-  
 nibus meis: ad salutem omnium tam uiuorum q̄ fidelium defuncto-  
 rum. Rogo te domine per ipsum sacrosanctum mysterium corporis  
 & sanguinis tui/ quo quotidie in Ecclesia tua pascimur & potamur  
 abluimur & sanctificamur: atq; unius tue summe diuinitatis parti-  
 cipes efficiamur: ut mihi concedas uirtutes tuas sanctas: in quibus re-  
 pletus/ bona conscientia ad altare tuum accedam: ita ut hec sacra-  
 menta celestia efficiantur mihi salus & uita. Tu enim dixisti ore  
 tuo sancto & benedicto: Panis quem ego dabo caro mea est pro  
 mundi uita: qui manducat me uiuet propter me: ipse manet in me  
 & ego in eo. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi: si quis man-  
 dauerit ex hoc pane/ uiuet in eternum. Panis dulcissime sana pa-  
 latum cordis mei: ut sentiam suauitatem amoris tui. Sana me dñe  
 ab omni languore: ut nullam preter te sentiem dulcedinem: nullum  
 preter te queram amorem: nullam preter te amem pulchritudinem. Panis  
 candidissime: habens omne delectamentum & oem saporem suauitatis:  
 qui nos de te semper reficis: & in te nunquam deficis: comedat te  
 cor meum: & dulcedine saporis tui repleantur uiscera anime mee.  
 Manducat te angelus pleno ore: manducat te peregrinus homo  
 pro modulo suo: ne deficere possit in uia: tali recreatus uiatice. Pa-  
 nis sancte/ panis uiue/ panis pulcherrime/ panis munde: qui descen-  
 disti de celo: & das uitam mundo: ueni in cor meum/ & munda me  
 ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam

fana & sanctifica me interius & exterius. Esto tutamen & perpetua  
salus & protectio corporis & anime mee. Repelle a me insidians  
tes mihi hostes: recedant procul a potentia presentie tue ut tua pro  
tectione foris & intus munitus: recto tramite ad regnum tuum  
perueniam: ubi non mysteriis sicut in hoc tempore agitur: sed fa  
cie ad faciem te uideam Amen.

De iunctione  
manuum an  
te pectus.

Quasi mini  
ster debet da  
re aquam mani  
bus celebra  
tis & ampul  
las uini & aq  
ministrare.

**Oratione huiusmodi completa uel etiam omissa si eam dicere nō  
sit dispositus: Sacerdos induitur: paramentis sacerdotalibus in sa  
cristia/uel ante altare ubi est celebraturus/aut alio loco ad hoc or  
dinato. Si huiusmodi paramenta est receptor in Sacristia / uel  
alio loco ad hoc ordinato: lauat manus in loco deputato / & alia  
facit ut infra dicitur. Si autem eisdem paramentis indui uelit an  
te altare in quo est celebraturus anteq̄ ascendat ad ipsum altare  
genusflexit in eius infimo gradu: & detecto capite iunctis mani  
bus ante pectus extensis & iunctis digitis: ita q̄ summitas digito  
rum humeros non transcendat: posito pollice dextro super fini  
strum in modū crucis/quod in omni iunctiōe manū ante pectus  
obseruatur. Vel si paramenta ipsa accepit in Sacristia/uel alibi: an  
teq̄ ascendit ad altare genuflexus corā eo ut p̄fertur secrete dicit.  
Introibo in domū tuam: in holocaustis reddam tibi uota mea /  
que distinxerunt labia mea. Surgit/ascendit ad altare: accipit mis  
sale perquirat & perlegit missam: & ad cōmemorationem & alia q̄  
est dicturus ordinat signa/ ne in missa audientibus sit tediosus: si  
bi prouidet de ministro/ qui ei receptione paramentoꝝ sacerdota  
lium & missa seruiat/ ac ubi opus erit respondeat: nisi prius talem  
habeat: uel sit in ecclesia ad hoc aliquis specialiter deputatus / uel  
ordinatus: lauat manus/ ministro detecto capite ampullā aque de  
xtra manu tenente/ & aquam fundente/ & sinistra peluim submit  
tente: q̄ si nō est peluis apponit sinistra manū pedi ampulle: quam  
dextra manu retinet: ut ambabus nudis manibus seruiat: quod etiā  
in alia lotione obseruat. Similiter sumpto per celebrantem sacra  
mento: eidem pro purificatione & ablutione uinum fundit in cali  
cem nudis manibus detecto capite ut premititur id facit: lotis ma  
nibus sacerdos abstergit eas mappula ad hoc ibi parata. Anteq̄ au  
tem manus lauet/ uel cum eas lauat dicit secrete. Da dñe uirtutes  
manibus meis ad abstergendum omnem maculam immundam:  
ut sine pollutione mentis & corporis ualeam tibi seruire. Amen.**

Deinde supra uestes cōmunes siue quottidianas quibus cōiter utitur: quare exterior debet saltem talū siue collū pedis attingere: & super rochetum si est prelatus secularis: uel super superpellitiū si est religiosus qui rochetto nō utatur: aut alius sacerdos: & superpellitiū cōmode possit haberi. Alioquin etiā sine superpellitio calcatus pedibus: paramētis sacerdotalibus se induit dicens ad singula singulas orationes sequentes anteq̄ paramēta ipsa accipiat. In primis accipit circa extremitates & cordulas hinc & inde Amictum: quem in medio deosculatur & ponit super caput: & mox declinat ad collū: & circum circa uestium collaria tegit: ducit cordulā a sinistro latere pendentem sub brachium dextrum: & aliam a dextro latere pendentem sub brachium sinistrum per dorsum circumducens ad uentrem reducit: & ligat prius dicens.

**I**mpone domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos diabolicos incurfus Amen. **T**um alba induitur manica dextram brachio dextro: deinde sinistram brachio sinistro imponens. ac aī ipsam albam corpori adaptans prius dicens. **D**e alba me domine & munda cor meū: ut in sanguine agni dealbatus gaudiis perfruar sempiternis Amen. **E**leuat ante & a lateribus hinc & inde Albam ac cingulo sibi per ministrum a tergo porrecto se cingit dicens.

**P**recinge me dñe cingulo puritatis: & extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me uirtus continentie & castitatis Amen. **M**inister eleuat albam supra cingulum circa ut honeste deprendeat: tegat uestes: & eius simbrias diligenter aptat: ut ad latitudinem digiti uel circa supra terram equaliter fluant. **S**acerdos accipit manipulum in brachium sinistrum dicens.

**M**erear dñe portare manipulum fletus & doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris Amen.

**S**tolam ambabus manibus accipit: deosculatur eam in medios imponit medium eius collo: & transuersando eam ante pectus in modum Crucis ducit partem a sinistro humero pendentem ad dextram: & partem a dextro humero pendentem ad sinistrā: sicq̄ utraq̄ partem stole extremitatibus cinguli hinc & inde ipsi cingulo coniungit dicens. **R**edde mihi domine obsecro stolam immortalitatis quam perdi in preuaricatione primi parentis: & quis indignus accedo ad tuum sacrum nūsterium merear tamen gaudium sempiternum Amen. **I**nduitur casula dicens.

**D**omine qui dixisti: iugum meum suauē est/ & onus meum leue :  
fac ut illud portare sic ualeam q̄ consequar tuam gratiam Amen.  
**S**uprascripte orationes non ex precepto sed ex deuotione dicuntur  
Poterit etiā sacerdos his orationibus demissis dum se parat dice-  
re Psalmum Miserere mei deus/ usq; ad finem cū Gloria patri: aut  
aliū Psalmū conuenientem . Sic omnibus paramētis indutus sa-  
cerdos/ si illis in sacristia uel alio loco ab altari/ in quo est celebra-  
turus distanti: indutus est/ accipit manu sinistra Calices cū patena  
simul ligata: que debēt esse de auro uel argento aut de stagno: nec  
debent esse rupta/ ita q̄ amiserint formā: & desuper ponit bursam  
cū Corporali/ & palla: que debent esse de puro panno lineo/ nō de  
panno intincto/ aut de serico: & bursam ipsam ne cadat manu/ dex-  
tra tenens/ cooperto capite accedit ad altare : Ministro cū missali/  
cūssino/ ampullis uini & aque: hostiaria cū hostiis : candelis & in-  
torcio: mortuis seu nō ardentibus ipsum precedente ubi ante in-  
sum gradū stans sacerdos caput altari seu imagini crucifixi de-  
super posite profunde inclinans: debitā ei reuerentiam facit: tum  
ascendit ad mediū altaris: uel si paramenta ante altare hmōi acce-  
pit: ibidem explicat Corporale/ & Calicem de suo sacco soluit/  
exponit: & iuxta corporale collocat cū patena uersus cornu Episto-  
le: ac hostiam super patenam reponit: & palla cooperit. Si est con-  
secraturus unā uel plures hostias pro cōione unius uel plurū illa  
die dispensandas aut pro aliis diebus reseruandas etiā ponit illam  
uel illas super patenam sub hostia pro se parata: si ille cōmode su-  
per patena stare possunt: alioquin locat eas super corporale ad de-  
xteram prope ubi post offeritorium calix erit locandus: hoc est  
ad sinistram sui celebrantis: aut in aliquo calide uel uase mundo  
consecrato ponit eas retro locum ubi calix misse erit locandus:  
& alia patena cooperit: conspiciat tobaleas siue mappas super al-  
tare positas ( que debent esse tres ) an sint omnes: & si qua desit  
facit eam apportari: & super altare extendi: interim minister accen-  
dit candelas: & apponit candelabris hinc inde super altare posi-  
tis. Si altare non est consecratum habere debet altare portatile  
desuper in medio positum: aduertat sacerdos an lapis in ipso alta-  
ri portatili consecratus: sit longitudinis unius palmi: & latitudi-  
nis ad minus medii palmi uel circa: hoc est tante quantitatē q̄  
possit commode desuper poni calix & hostia: distantia cōpetenti

¶ si lapis ipse illius quantitatis non est: nullatenus celebret super eo. Tum descendit ante infimum gradum altaris iunctis manibus ante pectus detecto capite: & si est celebraturus coram summo Pontifice: aut Cardinale: uel Patriarcha: Archiepiscopo: uel Epō in eorū residentis: uel loco iurisdictionis eorū: facit prius ei corā quo ex predictis est celebraturus reuerentiam conuenientem: & mox ad altare se conuertit. aut si non est coram aliquo premissorū celebraturus q̄primū ad infimum gradum descendit de altari: conuertit se ad ipsum altare: ubi eodem modo stans: producens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis: sinistram ponit infra pectus in aliis benedictionibus cum est in altari: ponit eam super altare: uel si & quando manica albe cum impedit retinet ipsa manu sinistra manicam huiusmodi brachii dextri. Cum sibi ipsi benedicit uertit se ad palmam manus dextre: & omnibus illius digitis iunctis & extensis a fronte quas tangit ad pectus: ac ab humero sinistro ad humerum dextrum signum crucis format. Si uero aliis uel rem aliquam benedicit: paruum digitum uertit ei cui benedicit: ac benedicens totam manum dextrā extendit: omnibus illius digitis pariter iunctis: & extensis: quod in omni benedictione obseruatur: dicit intelligibili uoce.

**I**n nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Et postq̄ id dixerit non debet aduertere quencunq; in alio altari celebrantem etiam si sacramentum eleuet: sed continueate profectui missam suam usq; in finem. Iungit manus ante pectus dicens simili uoce. *Verf.*

**I**ntroibo ad altare dei.

Minister ad eius sinistram aliquantulum tamen retro genuflexus respondet. Ad deum qui letificat iuuentutem meam.

Interessentes quoq; missę huiusmodi que legitur genuflectere dñt a principio usq; ad benedictionem post eius finem per celebrantes datam: excepto cum Euangelium legitur: ad quod stare debet attendenti. In missa uero que cantatur si est de dominica uel de festo aut de feria inter Pascha & festum sanctę Trinitatis genua flectunt ad confessionem: qua finita stant usq; ad adorationem sacramenti: cum celebrans illud ostendit populo adorandum: qua adoratione facta surgunt stantes usq; ad finem missę. Si autem missa ipsa cantatur pro defunctis: uel de feria extra tempus paschale pre-

Quō & qualiter celebrās manu dextrā pp̄lo uel rei aut sibi ipsi benedicit: & interim sinistram tenet.

Quñ interessentes missę dñt genua flectere: & quñ stare uel sedere.

dictum; genuflectunt usq; ad finem confessionis: & ad orationes ante Epistolam: & in Quadragesima ad ultimū versum Tractus Domine non s̄m peccata nostra &c. & a dicto per celebrantem Sanctus &c. quousq; missa compleatur ad omnes alias partes eiusdem missæ stare debent nisi esset locus conueniens sedendis: & tunc possent sedere in missa que cantatur a dicto Kyrie eleison &c. per celebrantem usq; ad Gloria in excelsis deo. & ab illo per eundem dicto usq; ad Dñs uodiscum ante orationes: & ad Epistolam: & quosq; dicatur Dominus uobiscum pro Euangelio: a dicto Credo in unum deum/ per celebrantem: quousq; dicat Dominus uobiscum/ ante offertorium: & a dicto per eundē offertorio quousq; incipiat prefationem: & a purificatione celebrantis quousq; dicat Dominus uobiscum ante & post cōmuniones. Ad uerba autem Et incarnatus est: usq; Et homo factus est incluse in Credo in unum deum. & in Euangelio Ioannis Et uerbum caro factum est: & in Euangelio Mathei quod in Epyphania domini habetur Et procidentes adorauerunt eum: in omni missa qua dicuntur genuflectitur: nec debeat alia officia uel alias orationes dicere: etiam si celebrantem uel latinum non intelligat sed deuote attendere celebrantem: & intentionem suam dirigere ad ea que dicit & facit celebrans: & in animo simul cum eo offerre: supplicare: & orare que ipse celebrans offert: supplicat & orat excepto tempore adorationis sacramenti: & infra Canonem dum celebrans secrete orat: quo tempore licet specialiter orare: & se & quos quis uoluerit deo comendare. Celebrans prosequitur.

**I**udica me deus & discerne causam meam de gente non iusta: ab homine iniquo & doloso erue me.  
**Minister & interestedes dicunt singulos/ alios siue secundarios uersus & ad alia ut infra ponitur respondent.**

**Q**uia tu es deus fortitudo mea quare me repulisti & quare tristis incedo dum affligit me inimicus.

**E**mitte lucem tuam & ueritatem tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum & in tabernacula tua.

**E**t introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentutem meā.

**C**onfitebor tibi in cythara deus deus meus: quare tristis es anima mea & quare conturbas me.

**S**pera in deo quoniam adhuc cōfitebor illi: salutare uultus mei

**& deus meus. Celebrans inclinatur caput deo dicens.**

**G**loria patri & filio : & spiritui sancto.

**S**icut erat in principio & nunc & semper : & in secula seculorum amen.

**I**ntroibo ad altare dei.

**A**d deum qui letificat iuuentutem meam.

**Celebrans manu dextra producit a fronte ad pectus signum Cracis dicens Vers.**

**A**ditorium nostrum in nomine domini. **Q**ui fecit celum & terram.

**Celebrans caput humiliter deo inclinatur dicens.**

**C**onfiteor deo omnipotenti : beate Marie semper uirgini : beato Michaeli archangelo : beato Ioanni Baptiste : sanctis apostolis Petro & Paulo : omnibus sanctis : & uobis fratres : quia peccaui nimis cogitatione uerbo & opere. **Manu dextra percutit pectus suum dicens.** mea culpa / mea culpa / mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper uirginem : beatum Michaellem archangelum : beatum Ioannem baptistam : sanctos Apostolos Petrum & Paulum : omnes sanctos : & uos fratres orate pro me ad dominum deum nostrum.

**Si est coram summo Pontifice / aut Cardinale / in Ecclesia uel loco sui tituli seu Cardinalatus / aut Legato sedis Apostolice / uel Patriarcha / Archiepiscopo / seu Episcopo in eorum Prouincia / Ciuitate / uel Diocesi constitutis non aliter : stat coram altare remotius / aliquantulum uersus ipsum summum Pontificem / Cardinalem / Legatum / Patriarcham / Archiepiscopum / uel Episcopum : & obmissa confessione predicta dicit sequentem.**

**C**onfiteor deo omnipotenti : beate Marie semper uirgini : beato Michaeli archangelo : beato Ioanni baptiste / sanctis Apostolis Petro & Paulo : omnibus sanctis : & uobis pater & fratres : quia peccaui nimis cogitatione uerbo & opere. **Manu dextra percutit pectus suum interim dicens.** mea culpa / mea culpa / mea maxima culpa.

Ideo precor beatam Mariam semper uirginem : beatum Michaellem archangelum : beatum Ioannem baptistam : sanctos Apostolos Petrum & Paulum : omnes sanctos : & uos pater & fratres orate pro me ad dominum deum nostrum.

**Summus pontifex Cardinalis / Legatus / Patriarcha / Archiepiscopus uel Episcopus ac ministri & interessentes genuflexi dicunt.**

**M**isereatur tui omnipotens deus : & dimissis peccatis tuis : perducatur te ad uitam eternam. Amen.

**Subsequenter dicunt iidem genuflexi celebrante se erigente.**  
**C**onfiteor deo omnipotenti : beate Marie semper uirgini : beato Michaeli archangelo : beato Ioanni baptiste : sanctis Apostolis Petro & Paulo : omnibus sanctis : & tibi pater quia peccavi nimis cogitatione / uerbo & opere . **Manu dextra percutiunt pectus suum Interim dicentes.** mea culpa : mea culpa : mea maxima culpa . Ideo precor beatam Mariam semper uirginem : beatum Michaelem Archangelum : beatum Ioannem baptistam : sanctos Apostolos Petrum & Paulum : omnes sanctos : & te pater orare pro me ad dominum deum nostrum .

**Respondet celebrans .**

**M**isereatur uestri omnipotens deus : & dimissis peccatis uestris / perducatur uos ad uitam eternam . Amen .

**Celebrans producens manu dextra fronte ad pectus signum crucis dicit .**

**I**ndulgentiam absolutionem & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors dominus . Amen .

**Celebrans stans capite inclinato dicit Vers .**

**D**eus tu conuersus uisificabis nos . **Ps .**

**E**t plebs tua letabitur in te .

**O**stende nobis domine misericordiam tuam . **Ps .**

**E**t salutare tuum da nobis .

**D**omine exaudi orationem meam . **Ps .**

**E**t clamor meus ad te ueniat .

**D**ominus uobiscum . **Ps .**

**E**t cum spiritu tuo .

**O**remus . **Et dicit secrete celebrans .**

**A**ufer a nobis quesumus domine cunctas iniquitates nostras / ut ad sancta sanctorum mereamur puris mentibus introire . Per Christum dominum nostrum . Amen .

Que dici debent in missa p celebrantem intelligibili uoce .

**P**redicta omnia celebranti ordinata : excepto **Aufer a nobis . &c .** dici debent per eum intelligibili uoce / ita qd ab interessentibus misse intelligibiliter audiantur . Similiter & introitus cum suo Psal . & Gloria patri . Kyrie eleyson . Gloria in excelsis deo &c . Dominus uobiscum . Oremus . Flectamus genua . Leuate . Orationes . Prophetie . Epistola . Graduale . Alleluia . Tractus cum suis uersibus . Euangelium . Credo . Dominus uobiscum . Offertorium . **Orate**

fratres. Per omnia secula seculorum. Prefatio. Sanctus &c. Nobis quoq; peccatoribus: Per omnia secula seculorum. Pax dñi &c. Agnus dei &c. Pax tecum. Domine non sum dignus. Cōmuniō. Dominus uobiscum. Oremus. post cōmuniones. Humiliate capita uestra deo. Dñs uobiscum. Ite missa est. Benedicamus domino. Requiescant in pace. Benedicat uos &c. Omnia alia que in missa dicuntur / dici debēt secreta: ita q̄ a circumstantibus seu interestedentibus misse non audiantur. dicto Aufer a nobis &c. celebrans ascendit ad medium altaris: coram eo stans capite inclinato manibus iunctis super altare positus;posito pollice dextro super sinistrum que ita super altare ponuntur: q̄ digiti parui duntaxat frontem seu mediū anterioris partis tabule seu mense altaris tangant: residuo manū inter altare & se retento: quod semp obseruatur cum manus iuncte super altare ponuntur secreta dicit.

Quō fieri de beat inclinatō capitis ante altare.

Oramus te domine. ut per merita sanctorū tuorum quoq; reliquie hic sunt: & omnium sanctorum indulgere digneris omnia peccata mea Amen.

Osculatur altare in medio manibus extensis hinc & inde super ipsum altare positus: quod in omni deosculatione altaris ante cōsecrationem sacramenti obseruatur. Similiter & post consecrationem eiusdē: solo dempto q̄ pollices ab indicibus p̄pterea tunc non disunguntur: accedit ad cornu sinistrum altaris: us Epistole. ubi stans uersus altare: producens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis: iunctis manibus supra librum positus: ex libro missali ibidem existente qui recte inter anteriorem & posteriores partes altaris poni debet: dicit intelligibili uoce Introitum misse cum psal. & Gloria patri / si est dicendū: deinde repetit Introitū. Si uero legit p̄ defunctis uel als. Gloria patri non sit dicendum post Psal. omissio Gloria patri: repetit Introitum. Postea manibus ante pectus iunctis: accedit ad medium altaris: ubi stans uersus illud: manibus ut supra iunctis dicit simili uoce.

De osculo altaris quō debeat fieri.

Qualis liber missalis ponitur super altare usq; ad euāgelium.

Kyrie eleison.	Minister.	Kyrie eleison.
Kyrie eleison.	Minister.	Xp̄e eleison.
Xp̄e eleison.	Minister.	Xp̄e eleison.
Kyrie eleison.	Minister.	Kyrie eleison.
Kyrie eleison.		

Si minister uel interestedentes celebranti non respondeant: cele

**brans ipse solus omnia dicit: tum in eodem loco stans manibus iunctis ante pectus: uoce predicta dicit si sit dicendum.**

**Gloria in excelsis deo. quod dicendo continuo manus extendit & iterum iungit ante pectus: & caput deo inclinatur: quo ibidem per ipsum dicto: iunctis manibus ut prius: in eodem loco: ac eodem modo stans profequitur.**

**Et in terra pax hominibus bone uoluntatis.**

**Laudamus te.**

**Benedicimus te.**

**Adoramus te. Caput deo inclinatur.**

**Glorificamus te.**

**Gratias agimus tibi. Quod dicendo caput deo inclinatur & profequitur. Propter magnam gloriam tuam.**

**Domine deus rex celestis deus pater omnipotens.**

**Domine fili unigenite Iesu Christe. Deo caput inclinando.**

**Spiritus & alme orphanorum paraclite.**

**Domine deus agnus dei filius patris.**

**Primogenitus Marie uirginis matris.**

**Qui tollis peccata mundi miserere nobis.**

**Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. quod dicendo caput deo inclinatur. Ad Martem gloriam.**

**Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis.**

**Quoniam tu solus sanctus. Mariam sanctificans.**

**Tu solus dominus. Mariam gubernans.**

**Tu solus altissimus. Mariam coronans.**

**Iesu xpe. Caput deo inclinans.**

**Cum sancto spiritu. Quod dicendo seipsum signat manu dextra signo crucis a fronte ad pectus interim perficiens.**

**In gloria dei patris Amen.**

**Textus in rubro positus dicitur tantum in missis beate Marie uirginis: tam festiuis & eorum octauis: etiam si infra ipsam octauam de dominica uel aliquo alio festo agatur: quod uotiuus ei uidem ex consuetudine tantum: qua in quibusuis missis uotiuus quocumque tempore regulariter non dicitur Gloria in excelsis deo: exceptis uotiuus beate Marie uirginis: & angelorum pro eo quod angeli huius hymni primitus decantauerunt. Si infra hebdomadam in aduentu dicere officium misse dominice non dicitur in ea Gloria in excelsis deo nec in**

missis defunctorum quocumque tempore. nec in missis de tempore a  
 dnica lxx. inclusive usque ad dies Iouis sancte exclusive. Dicitur autem  
 quoniam extra aduentum infra hebdomadam missa dominice preterit  
 celebratur. Dicitur etiam Gloria in excelsis deo in missis officii sin-  
 gulorum dieum in quo dictum est in matutinis Te deum laudamus  
 & non aliter nisi die Iouis sancta que C. na dni appellatur & Sab-  
 bato sancto. In quibus etiam Gloria homini in missa dicitur: licet in  
 matutinis Te deum laudamus non habeatur: & secunda/te/ria/ &  
 quarta feriis que Rogationum seu Letaniarum minorum nuncupatur an-  
 te festum Ascensionis dni Gloria in excelsis deo in missis dieum ea-  
 rundem non dicitur: sed in matutinis Te deum laudamus habeatur.  
 Dicitur autem in missa eisdem diebus si de festo missa celebratur quo  
 ibidem per ipsum completo/uel si non sit dicendum illo omisso:  
 si legenda est prophetia: dicto Kyrie eleyson/ celebrans reuertitur  
 ad cor Epistolae ubi stans ante librum extendit & iungit manus ante pe-  
 ctus dicens eadem uoce. Oremus. Tu iunctis manibus subiungit  
 simili uoce. Flectamus genua. & ibidem rursus ut stabat mani-  
 bus extensis hinc & inde super altare positus ut se ad ipsum altare  
 sustineat: quod in omni genuflectione ante altare fieri consuevit/  
 excepto a consecratione usque ad ablutionem digitorum post conionem  
 quo tempore medios/annulares/& paruos digitos duntaxat exten-  
 dit dum ad altare se sustinens genuflectit: & sine mora dicit eadem uo-  
 ce. Leuate. Surgit & stans ibidem manibus extensis ante pectus  
 intelligibili uoce dicit orationem ordinatam in missali cum sua con-  
 clusione ad quam iungit manus & orationem perficit. Extensio autem  
 manuum ita fit/que una manus aliam respicit: digitis non disiunctis quo-  
 rum summitas altitudinem humerorum/& non transcedat:& eorum distan-  
 tiam non excedat quod in omni extensione manuum ante pectus ob-  
 seruatur. Deinde manibus iunctis uel disiunctis prout sibi magis  
 placet super librum uel altare positus: legit prophetiam/qua finita mi-  
 nister dicit. Deo gratias. Tu celebrans stans eodem modo legit ibi-  
 dem Graduale. Et si plures prophetie sunt dicende: aut singulas pro-  
 phetias dicit Oremus flectamus genua & facit/ac minister in fine  
 singula dicit Deo gratias: prout de prima dictum est: nisi missale  
 aliter contineat: prout in diebus uenetis sancte/& sabbati sancti.  
 In uigilia autem Penthecostes & diebus Mercurii ac Sabbati Penthe-  
 costen immediate sequentibus non dicitur Flectamus genua leua-

Quoniam dicitur/  
 & quoniam non di-  
 citur Gloria in  
 excelsis deo.

Quoniam dicitur  
 flectamus ge-  
 nua/Leuate.

Qualiter ce-  
 lebrans se su-  
 stinet eius ge-  
 nuflectit.

Qualiter ex-  
 tensio manu-  
 um ante pec-  
 tus fieri debet

te: prout etiam in missali ordiatur. dicto Graduali post prophe-  
tiam/uel si non sit legenda propheta: aliis ut premititur dictis  
celebrans stans ante medium altaris manibus hinc & inde desu-  
per positus illud osculatur in medio: tum iunctis ante pectus mani-  
bus demissis oculis ad terram ad manum sinistram / hoc est ad la-  
tus dextrum: uertit se ad populum & dicit uoce predicta.

Dominus uobiscum. Quod dicendo/ extendit & iungit manus an-  
te pectus digitis tamen non disiunctis. &c. Et cum spiritu tuo.

Tum iunctis ut prius manibus reuertitur per eandem uiam ad me-  
dium altaris: & facta ibidem cruce reuerentia / accedit ad librum  
ubi dicit simili uoce. Oremus. Quod dicendo extendit & iun-  
git manus ante pectus & caput deo inclinatur cū extensis manibus  
ante pectus/ eadem uoce dicit ibidem orationem diei conuenien-  
tem usq; ad Per dominum nostrum. Vel aliam conclusionem /  
quam dicendo iungit manus ante pectus & sic tenet eas usq; ad fi-  
nem orationis quam cum sua conclusione ante librum perficit &  
dicendo. Iesum Christum filium tuum. Et quocienscunq; hoc

Qd oremus  
& oēs oīes  
& postcōio.  
cū suis cōclu-  
sionibus usq;  
ad eagefinem  
dnr añ librū.

Qd ad noīa  
Iesus & Ma-  
ria caput icli-  
natur.

Si altare est  
uersus popu-  
lo celebrans  
se non uertit  
cū pp̄m allo-  
quitur uel ei  
benedicit.

Qd celebrās  
ad Orate fra-  
tres / & popu-  
li benedictio  
nem dūtaxat  
circulū pficit

nomen Iesus nominatur caput deo inclinatur. Conuenit etiam q; eius  
nomen gloriose uirginis Marie nominatur caput ei inclinatur. &  
si sunt plures orationes dicende idem in eis in uoce: extensione &  
iunctione manuum/ & capitis inclinatione/ quod supradictum est  
obseruatur: sed ante primam tantum orationem ex pluribus hu-  
iusmodi dicitur Oremus: & sub cōclusionem ultime orationis om-  
nes terminantur. Aduertendum q; si altare est uersum ad populum  
& in eo celebrans stat facie populo uersa/ non se uertit aliter cum  
dicturus est Dominus uobiscum ante orationem/ sed osculato al-  
tari stans ad populum uersus ut erat dicit: Dominus uobiscum.  
Idem obseruatur ad monitionem Orate fratres &c. Dominus uo-  
biscum ante offertorium ac ante & post cōmunionem / Ite missa  
est/ & benedictionem populi si est danda. Cum autem in alio alta-  
ri se uertit ad populum bis tantum uidelicet ad Orate fratres: &  
cum in fine populo benedicit circulum perficit aliis uicibus semi-  
circulo facto ad eandem manum ad quam se populo uerterat ad  
medium altaris se conuertit. Sciendum q; ecclesia Romana in se-  
stis duplicibus una tantū oratione uirtur: nisi festum ipsum extra  
aduentum & quadragesimam in dominica uenerit cuius officiu  
non possit in alium diem illius hebdomade transferri: & de qua

fit cōmemoratio faciēda: & tunc oratione festi sub sua cōclusio-  
 ne dicta: dicitur alia de ipsa dominica tanū etiam sub sua conclu-  
 sione nisi sit infra aliquam octauam de qua sit agenda cōmemora-  
 tio: tunc cōmemoratio dominice subiungitur cōmemorationi oc-  
 taue: & sub cōclusione orationis dominice ambe ipse orationes  
 concluduntur. Si uero in aduentu uel quadragesima hmōi festū in  
 dnica uenerit/ festū ipsum transfertur in diem sequentem in qua si  
 militer & quocunq; die tunc hmōi festū uenerit: dicta oratione fe-  
 sti sub sua cōclusione/ dicitur alia oratio de feria siue de tempore  
 etiam sub sua cōclusione/ nisi sit infra octauam de qua uenit cō-  
 memoratio habenda: quia tunc dicta oratione de festo hmōi sub  
 sua cōclusione/ subiungitur oratio octaue/ quam sequitur oratio  
 de feria/ siue de tempore: sub cuius cōclusione ambe terminantur.  
 Nec unq; cū prima oratione misse concluditur secunda oratio: ni-  
 si in collatione ordinū/ consecratione Episcopoz/ uirginum/ eccle-  
 siarum/ & altarium: benedictione Abbatū/ Abbatissaz/ & Cimate-  
 rii: benedictione & consecratione Regum & Reginaz. In domi-  
 nicis uero & aliis festiuis/ ac feriatis diebus: etiam in aduentu & in  
 xl. tres orationes dicuntur: exceptis festo sanctoz Innocentum/ &  
 ipsum sequentibus diebus usq; ad diem sancti Siluestri inclusiue/  
 & aliis diebus quibus in missali cōmemorationes habende specifi-  
 cantur: in quibus dicuntur orationes ibidem ordinate. Et si de san-  
 ctis orationes hmōi sunt dicende/ debet post primam orationem  
 in aliis ordo letaniaz obseruari. scilicet de sancta Trinitate/ uel de  
 sancto Spiritu/ aut de sancta Cruce/ seu de beata uirgine: si de eoz  
 altero cōmemoratio ueniat agenda sit prima sequatur de Apосто-  
 lis: deinde de Martyribus/ Confessoribus/ uirginibus respectiue:  
 & sic de aliis de quibus erit agendum/ nisi esset infra aliquam octa-  
 uam: quia tunc oratio de octaua haberet primū locum post primā  
 orationem extra tamen diem dominicā. Si uero orationes de pa-  
 ce/ contra paganos/ pro Papa/ pro benefactoribus/ pro seipso/ uel si  
 miles celebrans sit diciturus quibus omnibus orationes de sanctis  
 sunt proponende: utatur discretionē in hmōi: proponendo & post  
 ponendo orationes: prout magis conueniat. Non tamen licet sa-  
 cerdoti coram Prelato suo/ aut Principe/ uel domino temporali ce-  
 lebranti orationem pro seipso dicere. Conuenit aut dum celebrat  
 in priuato. Si in uigiliis festoz/ & aliis diebus de quibus sunt pro-

Quot & quo  
 ordine dñr  
 orōnes siue  
 collecte.

In orōnibus  
 cōmemorati-  
 onum scōz  
 debz ordo le-  
 taniarum ob-  
 seruari.

prie misse ordinate: uel in quibus hore canonicè dicuntur de alio  
q̄ ordinariū officium illius diei requirit celebratur alia missa  
q̄ de uigilia uel die currēte: debet ī missa hmōi de ipsa uigilia siue  
die cōmemoratio haberi: & orōni uigilie siue diei addi: alia orō  
conueniens: nisi esset infra aliquā octauā de qua ageretur: quia tūc  
prius fieret: commemoratio de octaua: deinde de uigilia siue die  
hmōi. Qñ aut missa dicitur de uigilia: & hore canonicè dicunt  
de festo uel sancto: in ipsa missa post dictam orationē uigilie sub  
sua cōclusionē dicitur oratio de festo uel sancto predicto: cui addi  
tur alia oratio cōueniens. Idem obseruatur si in Quadragesima  
agitur de festo simplici: q̄ nō habet propriam missam etiam si ha  
bet propriam orationē cum secreta & postcōmunionem: & mis  
sa celebratur de die currēte. Quadragesime post cōclusionē orō  
nis ordinariē misse hmōi: dicitur oratio de dicto festo: cui alia  
oratio cōueniens adiungitur. Si concurrant eadem die duo f̄ sta:  
agitur de digniore eorū: aut si sunt paria: de eo q̄ habet plura de  
proprio: de alio autem non fit cōmemoratio sed trāffertur in aliū  
diem quo agi possit de eo conuenienter. Et si in dñica uel infra  
aliquam octauam uenerit festum cui dominica uel octaua nō ce  
dit: etiā non fit de hmōi festo cōmemoratio: sed trāffertur in  
aliū diem extra dominicam & octauā hmōi: quo non habetur ali  
ud festū: & tunc de ipso agitur. Et si festum uigiliam habens ue  
nerit secunda feria: uigilia & officium uigilie hmōi agitur in die  
sabbati p̄cedentis: & non in dñica: siue per integrum officium: si  
ue p̄ cōmemorationem ut prediximus cōueniat peragi. Si quarta  
feria uel Sabbato quorumcunq; quattuor temporū: aut alia qua  
cunq; die qua in missa ante Epistolam habetur propheta: dicit  
missa de aliquo sancto: uel uotiuā: aut alia in qua ferie hmōi cur  
rentis cōmemoratio sit faciēda: prima oratio que post introitū  
misse illius ferie posita est: dicitur p̄ eiusdē ferie cōmemorationē.  
In ecclesiis in quibus sunt plures sacerdotes beneficiati: si in Qua  
dragesima: aut dominicis: uel aliis diebus ī quibus habetur: ppria  
missa: que non potest in alium diem trāfferi: dicenda sit missa  
de festo corrente. Vnus sacerdotum eorundē dicit missam de do  
minica uel de feria seu aliam propriam illius diei ordine solito.  
Alius de festo: absq; alterius cōmemorationē. In ceteris autem  
ecclesiis unieū sacerdotē habentibus: in quibus in missis festorū de

dominica uel feria seu die alijs proprium officium habente: cōmemoratio debet haberi ut supra diximus: cōuenit q̄ sacerdos qui missam celebrat dicto p̄ eum post benedictionem in fine misse datam Euangelio sancti Ioannis: deposita Casula stans in cornu Epistole uertus altare legat ex missali officium proprie misse illius dici excepta Secreta quam non legit & ante orationē & post cōtionem nō dicit Dñs uobiscū neq; Oremus: sed eas legit absolute: similiter ad Euangelium omittit Dñs uobiscum & incipit Sequentia sancti euangelii &c. prout etiam dicemus infra de missa sicca. Qñ autem officium misse dñicalis potest cōuenienter in alium diem illius hebdomade transferri: prout cōmuniter fieri potest de officiis dñicarum extra aduentum. lxx. lx. l. & .xl. debet dici officium misse festi eo die quo occurrit absq; cōmemoratione dñice: & infra hebdomadam tunc currentem missa officii dominice hmōi celebrari. In missa uotiuua dicta oratione ordinaria sub cōclusionē sua subiungi potest alia de feria: aut de festo: uel de sanctis: de quibus illa die agitur: & eidem addi alia ipsi & ipsi misse cōueniens uel cōuenienter oēs cōmemorationes pretermitit. Si nō celebrat pro defunctis: sed uelis pro defuncto: uel pluribus orare: ponit orationem ipsā pro defunctis hmōi: ante ultimā: ita q̄ oratio pro defunctis nō concludat: sed sub ultime orationis conclusiue concludatur. Si uero celebrat p̄ defunctis: in die exequiarū: una tantum oratio dici consueuit. In tertio autē. viii. xxx. & anniuersario diebus: ac alijs missis pro defunctis: prima oratione sub sua cōclusionē terminata possunt alie due orationes addi pro defunctis: que sub ultima cōclusionē terminant: & conuenit q̄ ipsa ultima oratio hmōi sit generalis pro oibus fidelibus defunctis uidelicet. Fidei deus oīum conditor &c. In ipsa quoq; missa defunctorū: oratio de sanctis: uel feria: aut alia q̄ pro defunctis dici nō debet finitis orationibus: celebrans positus super librū uel altare manibus iunctis: uel disiunctis: prout sibi magis placet: dicit eadem uoce intelligibili Epistolam ibidē: cuius ultimam syllabā aliquantulum protrahit qua dicta minister dicit. **Deo gratias.** Tum eodem modo stans celebrans dicit simili uoce: uel paululum mutata: Graduale & Alleluia cū suo uersu: ac prosam uel sequentiam si habetur: aut omissis Alleluia cū uersu suo: & prosa uel sequentia: si misse aut tempori nō conueniat uel nō habeantur: dicit Tractum.

**Qñ Alleluia** si sit dicendus. nam Alleluia non dicitur in missis pro defunctis: & non dicitur & a dominica. lxx. inclusivae usq; ad vigiliam Pasce exclusivae: & in quatuor temporibus Adventus: & mensis Septembris: & omnibus vigiliis totius anni in quibus est indictum ieiunium: exceptis vigiliis Pasce: Penthecostes: & Natiuitatis xpi: si uenerit in dominica: ac festo Innocentium si uenerit in dnica: in quibus tunc dicitur Alleluia Si autem in diebus hmoi in quibus Alleluia non dicitur dicenda est aliqua missa uotiuua uel alia in qua Tractus non habeatur: poterit post Graduale cum suo uersu loco Tractus: omisso Alleluia dici eius uersus: uel etiam eo omisso: dicto Graduali cum uersu suo dici: Munda cor meum: & alia prout habetur infra. In dicendo aut Alleluia hic modus seruatur: ante uersus bis Alleluia dicitur: & post uersum semel replicatur. Ab octaua uero Pasce usq; ad octauam Penthecostes: quo tempore Graduale non dicitur: sed illius loco secundum Alleluia primo iungitur ante uersum primi bis Alleluia dicitur & post uersum semel. Similiter & post secundi uersum Alleluia semel replicatur. Quocumq; autem tempore prosa seu sequentia est dicenda: illa post uersum dicitur: anteq; Alleluia replicatur: quod post dictam prosam seu sequentiam hmoi repetitur. Et si extra tempus pascale in quocumq; festo prout in festis Purificationis & Natiuitatis beate Marie uirginis: sancti Ioannis baptiste: Ludouici epi confessoris: Exaltationis sancte Crucis: sancti fratris: Omnium sanctorum: & aliis quibuscumq; diebus duobus Alleluia cum duobus uersibus: uel prout in festo Dedicationis sancti Michaelis archangeli tria Alleluia cum tribus uersibus habeatur dicitur tantum unum ex eis cum suo uersu una etiam prima die festi alia uero die siue uice omisso dicto poterit dici aliud cum suo uersu Et ubi tria habentur cum tribus uersibus alia die uel uice poterit dici tertium cum suo uersu omittis prius dictis. Si uero habeantur duo uersus sub uno Alleluia ambo uersus hmoi dicuntur absq; intermissione sub eodem Alleluia: seruato als in oibus modo supradato

**Quare liber** missalis ponitur sup altare p euangelio & aliis dicendis usq; ad conuersionem.

**Quibus** dictis minister seu celebrans ipse portat librum missalem ad cornu dextrum altaris uidel. Euangelii: si altare ipsum non sit magne longitudinis. Si uero sit magne longitudinis: ponit librum missalem inter ipsum cornu dextrum & medium altaris: ut celebrans in medio altaris stans possit oia dicenda ex eo comode dicere & eundem missalem ita locat q; caput missalis respiciat ipsum posterius cornu

altaris in parte predicta: & non ad parietem siue ad partē eius contra se directā. Tum celebrās stans in medio altaris uersus ad illud: leuatis ad deum oculis: iunctis manibus ante pectus secrete dicit. Munda cor meum & labia mea oīpotēs deus qui labia Esaye prophete calculo mūdasti ignito: ita me tua grata miseratione digna re mundare: ut sanctum Euangelium tuum digne ualeam nūtiare. Per xpm dñm nostrū Amen. **Tum similiter stās dicit eodē modo** Dñs sit in corde meo & in labiis meis: ut digne & cōpetenter annūtiem Euangelium suū Amen. **His dictis uertit se ad libram missalem ut premittitur positū: ubi sic stans iunctis manibus ante pectus dicit intelligibili uoce. uer. Dñs uobiscum. ⁊. Et cum spiritu tuo.** Deinde pollice dextre manus: signat primo librū super principii Euangelii quod est dicturus: postea seipsum in fronte ore & pectore signo Crucis dicens eadem uoce. **Sequentia sancti Euangelii sm.N. uel si est dicendū. Initium sancti Euangelii sm.N. ⁊. Gloria tibi dñe.** Tum iunctis iterum ut prius manibus: stans uersus ut supra: prosequitur Euāgelium uoce predicta usq; ad finem: & eius ultimam syllabam aliquātulū protrahit: quo cōpleto minister dicit. **Laus tibi xpe. Celebrans osculatur Euāgelium per eum dictū in eius principio: nisi celebret pro defunctis: quia tunc non osculatur Euāgelii: uel celebret coram summo Pontifice: aut Cardinale: Patriarcha: Archiepō: uel Epō: cui liber & textus Euangelii portatur per eū osculandus: quo casu celebrans Euāgelii ipsū etiā non osculatur.** Tum stans in medio altaris uersus ad ipsum altare manibus iunctis ante pectus & aliquantulum elenatis: intelligibili uoce dicit si est dicendum. **Credo in unum deum. quod dicendo extendit & iteram iungit manus: & stans manibus iunctis ante pectus: in eodem loco prosequitur usq; ad finem eadem uoce. Patrem oīpotentem factorem celi & terre: uisibilem omnium & inuisibilem. Et in unum dominum Iesum xpm. caput deo inclinat. si filius dei unigenitum. Et ex patre natum ante oīa secula. Deum de deo: lumen de lumine deū uerum de deo uero genitum nō factū consubstantialem patri: per quem oīa facta sunt. Qui propter nos hoīes: & propter nostrā salutem descendit de celis. In eodē loco ubi stabat genuflectit coram altari dicens. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria uirgine. Et homo factus est. Surgit & stans ut prius prosequitur. Crucifixus etiā pro nobis subponit Pilato**

De osculatione textus euangelii.

passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die s̄m scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum uenturus est cum gloria iudicare uiuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spiritu sanctum dñm & uiuificantem. Qui ex patre filioq; procedit Qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur. Qui locutus est per prophetas. Et unaz sanctā catholicā & aplicam ecclesiā. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et uitam uenturi seculi. Amen.

Qñ credo ē di-  
cendū.

**Et dum hec ultima uerba profert: producit manu dextra signum crucis a fronte ad pectus. Credo aut dicitur in omnibus diebus dominicis totius anni: etiam si de festo missam celebretur/ uel octaua in qua alis Credo non esset dicendum: aut uotiu dicatur: in qua tñ de dnica comemoratio habeat. Itē ad missaz noctis & ambas alias missas diei Natiuitatis dñi nri Iesu xpi: & sex diebus sequētibz. In Circūcisionis dñi. In octaua. s. Stephani qui infra octauā sancti Io. euāgeliste. In octaua eiusdē. s. Io. euāgeliste. In Epyphanie dñi: & per octauam eius. In cōuersionis. s. Pauli Apostoli. In omnibus festiuitatibus gloriosissime uirginis Marie / & per eorum octauas q̄ habentur. In Cathedre sancti Petri. Feria quinta Cene dñi. In festo Resurrectionis dñi / & sex diebus sequentibus. In festiuitate Ascensionis dñi / & per octauam. In Penthecostes / & sex diebus sequentibus. In Corporis xpi / & per octauā. In sancti Ioannis ante portam latinam. In Apostolorum Petri & Pauli / & per octauā. In octaua beati Ioannis baptiste. In sancti Petri ad uincula. In transfiguratione dñi. In octaua sancti Laurentii. In Inuentionis & exaltationis sancte Crucis. In Angelorum. In omnium sanctorum / & per eius octauam / ac singulorum Apostolorum & Euangelistarum / ac quattuor Doctorum festiuitatibus. In omnibus consecrationibus Ecclesiarum / Altariū / & Pontificum / & in singulis ecclesiis in festo illius sancti uel sancte: in cuius honorem ecclesia ipsa uel altare specialiter sunt consecrata: etiam si in illius festo alis dicere non liceret / ac per octauam eiusdem festi: & anniuersariis dedicationum Ecclesiarum uel altariū & eorum octauis / si eas habent. Dicitur quoq; infra singulas octauas supra scriptas Credo. etiam si non de ipsa octaua / sed de quocumq; alio festo tunc currente missa celebretur. In quibuscumq; autem missis uotiu / etiam beate Marie uirginis: Credo non dicitur nisi esset in die dominica: uel infra aliquam octauam: infra quam**

hoc liceret dicere: quia tunc in omni missa uotiu dicitur **Credo**: si in ipsa fit de dnica aut octaua huiusmodi comemoratio alias no. Nec dicitur in missis defunctorum: uel quibuscunq; aliis superius non specificatis: dicto Simbolo: uel si non fit dicendum illo omisso: osculatur altare in medio: & iunctis manibus / ante pectus ibidem ad manum sinistram / hoc est ad latus dextrum uertit se ad populum / & dicit intelligibili uoce.

**Dominus uobiscum**, quod dicendo extendit & iungit manus ante pectus. **g.** Et cum spiritu tuo. Iunctis manibus reuersus per eandem uiam ad medium altaris / facta reuerentia cruci / manibus ut supra iunctis: stans ibidem uersus ad ipsum altare dicit uoce simili. **Oremus**, quod dicendo similiter extendit & iungit manus ante pectus / & caput deo inclinat. Tum iunctis ut prius manibus / dicit eadem uoce **Offertorium**, prout in ordinario / & omnia que usq; ad finem missae in medio altaris dicenda sunt: dicit ibidem stans uersus ad ipsum altare / & non ad aliam partem / nisi ubi infra aliter ordinatur dicto offertorio. Si qui sint uolentes offerre: a celebri accedit ad cornu Epistole ubi stans detecto capite late re sinistro altari uerso deponit manipulum de brachio sinistro: & accipiens illud in manum dextram porrigit summitatem eius: singulis offerentibus osculandam dicens singulis,

**Acceptabile sit sacrificium tuum omnipotenti deo. uel sic.**  
**Centuplum accipias: & uitam eternam possideas.**

**Accepta** omnium oblatione celebrans reponit manipulum in brachium sinistrum: & reuertitur ad medium altaris: uel si non sint offerentes stans in eodem medio altaris uersus ad illud: accipit patenam cum hostia & hostiis desuper posita & positis: si qua sit uel q; sint: pro alterius uel alioq; coione consecrande: dispensande: uel coferuande illaq; ambabus manibus usq; ad pectus eleuata tenens & si sunt alie hostie no sup patenam: sed sup corporale uel alio calice seu uase ad hoc conuenienti posite p coione populi coferande calice illu seu uas manu dextra discooperit & intentione sua dirigens uel etiam illas offerre & coferare oculis ad deum intus dicit **secrete**,

**S**uscipe sancte pater omnipotens eterne deus hanc immaculatam hostiam: quaz ego indignus famulus tuus offero tibi deo meo uiuo & uero: p innumerabilibus peccatis & offensionibus & negligentis meis: & pro omnibus circumstantibus: sed & pro omnibus

Quo dicitur ea q; dicenda sunt i medio altaris:

fidelibus xpianis uiuis & defunctis: ut mihi & illis proficiat ad salutem in uitam eternam Amen. **Facit signum crucis cum patena super corporale: & locum in quem positurus est hostiam quam deinde cum patena ponit in medium seu circa medium anterioris siue proximioris partis Corporalis ante se: & patenam ad manum dextram: aliquantulum subter Corporale: & calicem seu uas aliarum hostiarum si sit sua patena cooperit. Postea accipit calicem quem purificatorio diligenter mundat: & ampullam uini de manu ministri quam ille manu dextra nuda de recto capite sibi porrigit: accipiens imponit uinum in Calicem ad sufficientiam: nihil dicens. Tum si non celebrat: pro defunctis: facit signum Crucis super ampullam aque: quam etiam de manu eiusdem similiter manu dextra nuda de recto capite illam sibi porrigentis accipit: & ex ea imponit pusillum aque in calicem secrete dicens.**

**D**eus qui humane substantie dignitatem mirabiliter condidisti & mirabiliter reformasti: da nobis per huius aque & uini misterium eius: diuinitatis esse consortes: qui humanitatis nostre fieri dignatus est particeps: Iesus xps filius tuus dominus noster: qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum Amen.

Si uero celebrat pro defunctis: non producit signum crucis super ampullam aque: sed imponit absque signo homini ex ea pusillum aque in Calicem dicens eandem orationem proximo scriptam. Imposita aqua: & finita oratione predicta: accipit ambabus manibus calicem discooperitum: uidelicet cum sinistra pede: cum dextra autem nodum infra cuppam Calicis: & stans in medio altaris Calicem ipsum discooperitum usque ad pectus eleuatum tenet: & intentus ad deum oculis dicit secrete.

Offerimus tibi domine calicem salutaris: tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu diuine maiestatis tue: pro nostra: & pro totius mundi salute cum odore suauitatis ascendat Amen. **Signat cum calice super Corporale: & ipsum in medio seu circa medium eius post hostiam collocat: & palla cooperit: ac iunctis manibus super altare positus capite inclinato dicit secrete. In spiritu humilitatis: & animo contrito suscipiamur a te domine: & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie: ut placeat tibi domine deus. Eleuat manus exteras: & iungit eas ante pectus secrete dicens. Veni sanctificator omnipotens eterne deus: & benedice signando manu dextra communiter super hostiam & calicem hoc sacrificium tuo sancto nomini preparatum. Tum iunctis ante pectus manibus: accedit ad cornu Epistolae**

**I** tibi stans ministro aquam fundete lauat & tergit manus dicit  
 secreta. **L** auabo inter innocentes manus meas & circumdabor al  
 tare tuum domine.

**V** t audiam uocem laudis: & enarrem uniuersa mirabilia tua.

**D** ñe dilexi decorem domus tue: & locū habitationis glorie tue.

**N** e perdas cū impiis deus animam meam: & cum uiris sanguinū  
 nitam meam.

**I** n quoque manib⁹ iniquitates sunt: dextera eorū repleta est munerib⁹

**E** go aut in innocētia mea ingressus sū: redime me & miserere mei.

**P** es meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te dñe.

**G** loria patri & filio & spiritui sancto.

**S** icut erat in principio & nunc & semp: & in secula seculorū. Amē.

**L** otis & tertis manibus & illis ante pectus iunctis: ad mediū alta  
 ris reuertitur/ubi stans/ad deū eleuatis oculis/manibus iunctis sup  
 altare positus/inclinato capite:uersus ad ipsum altare dicit secreta.

**S** uscipe sancta trinitas hanc oblationem quam tibi offerimus ob  
 memoriam passionis/resurrectionis/& ascētionis Iesu xp̄i dñi no  
 stri & in honore beate Marie semper uirginis:& beati Ioannis ba  
 p̄tiste:sanctorum apostolorū Petri & Pauli/& istorū & omniū san  
 ctorum/ut illis proficiat ad honorem:nobis autem ad salutem/&  
 illi pro nobis intercedere dignentur in celis quoque memoriam fa  
 ci mus in tertis.Per eundem xp̄m dñm nostrum Amen.

**Extēsis manibus hinc inde super altare positus/ osculatur altare in  
 medio/ tum iunctis manibus ante pectus demissis oculis ad terraz/  
 uertit se ad manum sinistra/ hoc est ad latus dextraz ad populum &  
 & sic uersus ad illū dicit uoce aliquantū eleuata. Orate fratres.  
 & secreta profequitur. ut meum & uestrum sacrificium acceptabi  
 le fiat apud deum omnipotentem.**

**Quod dicēdo extēdit & iungit manus ante pectus & cōtinuo ad  
 altare reuertit perficiēdo circulū inceptū. Minister uero & alii in  
 teressentes genuflexi de ceteris capitibus respōdent dicentes secreta  
 Suscipiat dñs sacrificium de manibus tuis ad laudem & gloriā ni  
 minis sui/ ad utilitatem quoque nostrā/ & totius ecclesie sue sancte**

**Quod si minister uel alii interessentes non respōderint celebrans  
 ipse dicit secreta.**

**Suscipiat dñs sacrificium de manibus meis/ ad laudem & gloriam  
 nominis sui/ ad utilitatē quoque nostrā/ & totius ecclesie sue sancte**

Quot & quo ordine debet dici Secrete & postcoiones

Tum celebrans ipse extensis manibus ante pectus: stans ante librū dicit secreta: orationem secretam: diei convenientem usq; ad Per dñm nostrum. uel aliam conclusionem: quā dicendo iungit manus ante pectus: & ad uerba Iesum xpm filium tuum. caput deo inclinat: sicq; manibus iunctis cōtinuat usq; ad uerba. Per omnia secula seculorum exclusiue si unica est secreta. Si uero plures secreta sunt dicende: addit conclusioni prime: etiam illa uerba. Per oīa secula seculoꝝ Amen. Deinde absolute subiungit alias orationes secretas: prioribus orationibus convenientes quia tot & conueniētes: ac eodem ordine dici debēt secreta & postcōmuniones: quot: quo ordine & de quibus dicte sunt ante Epistolā orationes: per uēto in cōclusionē ultime secreta ad uerba: Per omnia secula seculoꝝ exclusiue: celebrans stans in medio altaris depositis super eo hinc & inde manibus extensis: dicit conuenienti uoce & intelligibili Prefationem sequentem: que cōis est omnibus missis: etiam defunctorum: nisi specialis habeatur. Et ubi specialis prefatio habetur illa dicitur tam in festo q̄ infra eius octauam: si octauā habeat: etiam si infra ipsas octauas agatur de dñica uel aliquo alio festo specialem pfationem nō habēte. Si uero ipsum festū de quo infra octauam agitur habeat specialem pfationem: illa specialis dicitur omīssa prefatione Octauae: nisi in missali aliter ordinetur. In missa quoq; uotiuā dicitur pfatio ppria illius diei uel festi de cuius uotiuā agitur si dies ipsa uel festū prefationē ppriā habeat. Per oīa secula seculorū. *Re. Amen. D. us uouicum. Re.* Et cu ipiritu tuo. manus extensas eleuat hinc & inde usq; ad pectus dicēs. Sursum corda. *Re. Habemus ad dñm. Gratias* agamus dño deo nostro, quod dicendo iungit manus ante pectus: & caput deo inclinat. *Re. Dignum & iustum est. eleuatis & extēsis ut prius manibus profertur prefationem sequentem: si non habetur alia propria.* Vere dignū & iustū est equum & salutare. Nos tibi semp & ubiq; gr̄as agere: dñe sctē pater oīpotēs eterne deus: p xpm dñm nrm qđ dīcedo caput deo inclinat: tū extēsis manib⁹ ut prius psequit. Per quem maiestatem tuam laudant angeli: adorant dominationes: remunt potestates. Celi celorumq; uirtutes ac beata seraphin socia exultatione concelebrant: cum quibus & nostras uoces: ut admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes. *Iunctis manibus ante pectus uoce mediocri dicit.*

**S**anctus: Sanctus: Sanctus dñs deus sabaoth. Pleni sunt celi & terra gloria tua Osanna in excelsis. **manu dextra producendo signū crucis a fronte ad pectus seipsum signat dicens. Benedictus qui uenit in nomine dñi Osanna in excelsis. Manibus iunctis super altare positus: stans ante mediū Altaris uersus ad illud: eleuatis oculis ad deum & sine mora demissis capite inclinato dicit secrete.**

**T**E igitur clementissime pater per Iesum xpm filium tuum dominum nostrum: supplices rogamus ac petimus **osculatur ante se altare: erigit se & stans eleuatis & iunctis manibus ante pectus dicit uti accepta habeas: & benedicas. Dextra manu ter signat communiter super hostiam & calicem dicens hec domini. **¶** Ana: hec mu **¶** Hera: hec sancta **¶** Sacrificia illibata **extensis manibus ante pectus prosequitur.** in primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare: custodire: adunare: & regere digneris: toto orbe terrarū: una cum famulo tuo Papa nostro. N. **Exprimendo nomen Pape. Sede uero apolisto caucante uerba p. dicta: una cum famulo tuo Papa nostro. N. omittūt. & antistite nostro. B.** specificando nomen Patriarche: Archiepi: uel Epi ordinarii sui: qui si est uita functus illa uerba & antiste nostro. B. omittuntur. Si celebras est Episcopus Archieps: uel Patriarcha: omittis uerbis / & antiste nostro. b. dicit. & me indigno seruo tuo. Si autem est Papa qui celebrat: dictis uerbis / toto orbe terrarū: omittis / una cum famulo tuo papa nostro. N. & antiste nostro. B. dicit.**

**V**na cū me indigno famulo tuo quem gregi tuo preesse uoluisti. **Et continuat omnes ut sequitur & omnibus orthodoxis atq; catholicis & apostolice fidei cultoribus. Memento domine famulorum famularumq; tuarū. S. tans in quiete: manibus iunctis: & usq; ad faciem: uel pectus: prout sibi magis placet eleuatis: agit cōmemorationem uiuorum xpifidelium ad suam uoluntatem: eorum tamen nomina non est necesse q̄ exprimat: sed solū in mente eorū memoriam habeat. Potest tamen celebrans si pro pluribus orare intendit (ne circūstantibus sit molestus) ante missas in animo suo proponere omnes illos: tam uiuos q̄ defunctos: pro quibus in ipsa missa orare intendit: & in hoc loco generaliter unico contextu ipsorum uiuorum cōmemorationē agere: quibus ante missam ppo. fuit in ipsa missa suis orationibus subuenire: qua facta seu habitas demissis & extensis manibus ut prius continuat.**

& omnium circumstantium quorū tibi fides cognita est & nota de uotio pro quibus tibi offerimus/uel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisq; omnibus pro redemptione animarū suarū pro spe salutis & incolumitatis sue tibi reddunt uota sua eterno uiuo & uero. **Stans eodē modo dicit.** Cōmunicantes & memoriam uenerantes. In primis gloriose semperq; uirginis Marię genitricis dei & dñi nr̄i iesu xp̄i. **Inclinat caput deo & psequitur.** Sed & beatorū Apostolorū ac martyrum tuorum.

**P**etri  
**P**auli  
**A**ndree  
**I**acobi  
**I**oannis  
**T**home  
**I**acobi  
**P**hilippi  
**C**artholomei  
**S**imonis  
**T**hadei

**L**ini  
**C**leti  
**C**lementis  
**S**ixti  
**C**ornelii  
**C**ypriani  
**L** Laurentii  
**G**risogoni  
**I**oannis &  
**P**auli  
**C**osme &  
**D**amiani

Et omnium sanctorum quorū meritis precibusq; concedas: ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem xp̄m dominum nostrum Amen. **Minister accendit intorticiū quod erectum in dextra manu retinens/ & cōuenienter eleuans/ genuflectit in gradu/uel in terra/ pro dispositione loci retro celebrātem/ qui dictis p̄missis extēdit manus uersus oblata/ dicens secrete** Hanc igitur oblationem seruitutis nostre/ sed & cūcte familie tue q̄sumus dñe ut placatus accipias: diesq; nostros in tua pace disponas/ atq; ab eterna dānatione nos eripi/ & in electorum tuorum iubeas grege munerari. Per xp̄m dominum nostrum Amen.

**Iungit manus ante pectus dicens secrete.**

Quam oblationem tu deus in omnibus quesumus. **Dextra manu communiter signat ter super hostiam & calicem dicens.** bene **✠** dictam: a scrip **✠** tam/ra **✠** tam/rationabilem/ acceptabilemq; facere digneris/ ut nobis **semel seperatim signat super hostiā tantum dicens.** cor **✠** pus deinde super calicem tantum dicens. & san **✠** guis **Eleuat & iungit manus ante pectus prosequens.**

fiat dilectissimi filii tui dñi nostri Iesu xpi. **Inclinat caput deo: & tergat aliquid pollices & indices sup corporale dicens secreta. Qui pridie q̄ pateretur. Accipit cum pollice & indice dextre manus hostiam: & eā cum illis: ac pollice & indice etiā sinistre manus tenens: stans erectus ante mediū altaris dicit. Accipit panem in sanctas ac uenerabiles manus suas. Eleuat ad deum oculos: & sine mora demittit dicens. & eleuatis oculis in celum ad te deū patrem suum omnipotentem: tibi gratias agens tenet hostias inter pollicem & indicem sinistre manus: & dextra producit semel signum crucis super eum dicens. benedixit fregit deditq; discipulis suis dicens. Accipite & manducate ex hoc omnes.**

**Discooperit manu dextra calicē seu uas aliāz hostiaz si sit: & cubitis super altare positis: stas inclinato capite: uerba cōsecrationis distincte: secreta: & reuerenter profert super hostiā: & simul super omnes: si plures sunt cōsecrande: & hostiam suam: tantum pollicibus & indicibus tenet dicens. Hoc est enim corpus meū. His dictis celebrās hostiā inter pollices & indices super altare tenens: reliquis manū digitis extensis ac binis & binis simul iunctis: & ceteris hostiis si sunt plures consecrate in loco in quo a principio misse sunt posite super corporali: uel in alio calice siue uase dimissis genuflexus eam adorat. Tum se erigit: eleuat in altū quantū commode potest hostiā: & populo ostendit reuerenter adorandā. & mox ipsā ueneratē super Corporale reponit unde eā leuauit: & pollices ac indices nō disiungit usq; post cōmunionē: nisi qñ hostiam cōsecratā tāgere uel tractare debet ut infra dicitur. Tuz usq; in terrā genuflexus hostiā ipsā ueneratur: & calicē seu uas aliāz hostiaz: si sit sua patena cooperit. Interim dū celebrās hostiam eleuat: minister etiā eleuat manu sinistra simbras posteriores plane sue Casule celebrātis: ac totā posteriōrē eius partē ne ipsum celebratē impediāt in extensione brachiorū: deinde celebrās discooperit Calicem: & pollices ac indices super illius labium aliquid tergat: & eos iterū iungit: & stans erectus dicit secreta. Simili modo posteaq; cenatum est. Ambabus manibus accipit Calicem iuxta nodum infra cuppam Calicis: & illum aliquantum eleuat: & sine mora reponit in eundem locum de quo eum leuauit: super Corporale: interim prosequens. Accipiens & hunc preclarum Calicem in sanctas ac uenerabiles manus suas: item**

tibi gratias agens. tenet Calicē manu sinistra infra cuppā: dextra  
uero signando super eū dicit. bene **✠** dixit: deditq; discipulis suis  
dicens. Accipite & bibite ex eo omnes. Accipit ambabus mani-  
bus Calicem: uidelicet cū sinistra pedem: cum dextra uero nodum  
infra cuppam Calicis: & cubitis super altare positus: stans inclinato  
capite: super Calicem secrete: distincte & reuerenter uerba cōse-  
crationis profert dicēs. Hic est enim calix sanguinis mei noui &  
eterni testamenti misterium fidei: qui pro uobis & pro multis effun-  
detur in remissionem peccatorū. reponit Calicem super corpora  
le dicens secrete. Hec quotienscunq; feceritis: in mei memoriam  
facietis. Et genuflexus sanguinem reuerenter adoratum se erigit:  
accipit Calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus  
ut prius: eleuat eum erectum quantum cōmode potest: illud popu-  
lo ostendens adorandum: & mox ipsum reuerenter reponit super  
Corporale in locū solitum: & manu dextra ipsum palla cooperit:  
& genuflexus sacramentū ueneratur. Interim dum celebrans Cali-  
cem eleuat minister manu sinistra eleuat dictas simbrias: & poste-  
riorem partem planete celebrantis ut prius. & postq; celebrans Ca-  
licem super corporale reposuerit surgit extinguit intorcitium: &  
reponit in locum suum. Tum celebrans stans ut prius ante altare:  
extensis manibus ante pectus more consueto dicit secrete.

Vnde & memores dñe nos serui tui: sed & plebs tua sancta christi  
filii tui dñi nostri tam beate passionis: necnon & ab inferis resur-  
rectionis: sed & in celos gloriose ascensionis: offerimus preclare  
maiestati tue de tuis donis ac datis. Iungit manus ante pectus: rū  
manu dextra signat ter cōmuniter super hostiam & calicem dicēs  
Hostias **✠** puram: hostiam **✠** sanctam: hostiam **✠** immaculatā  
Super hostiam tantus signat dicens. Panem **✠** sanctū uite eterne  
Super calicē tantum signat dicens. & calicē **✠** salutis perpetue.  
secrete profequitur: stans manibus ante pectus more solito extēsis

Supra que propitio ac sereno uultu respicere digneris: & accepta  
habere: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti  
Abel: & sacrificiū Patriarche nostri Abrahe: & q; tibi obtulit sum-  
mus sacerdos tuus Melchisedech sanctū sacrificium immaculatā  
hostiam Inclinat se ante mediū altaris & manibus iunctis super  
illo positus secrete dicit. Supplices te rogamus omnipotēs deus  
iube hec perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tu

in conspectu diuine maiestatis tue: ut quotquot ex hac altaris  
 participatione seperatis manibus hinc & inde super altare positus:  
 osculatur Altare: erigit se: & iunctis manibus continuat. factio  
 sanctum filii tui. signat manu dextra super hostiam tantum dicens.  
 cor **H**pus signat eadem manu super calicem tantum dicens. &  
 sanguinem sumpserimus omni bene **H** dictione quod dicendo  
 seipsum eadem manu signat signo crucis a fronte ad pectus: & co  
 tinuat. celesti & gratia repleamur. Per eundem christum dominum  
 nostrum Amen. Memento etiam domine famulorum famula  
 rumq; tuarum. Stans manibus iunctis ante pectus. uel usq; ad facie  
 eleuatis: sicut magis sibi placuerit: oculis ad sacramentum in alta  
 ri positum intentus agit commemorationem fidelium defunctorum:  
 de quibus sibi uidebitur: eodem modo: prout de commemora: ione  
 uiuorum supra diximus: qua habita: stans: extensis manibus: ante  
 pectus ut prius continuat dicens. qui nos precesserunt cum signo  
 fidei: & dormiunt in somno pacis: ipsis domine & omnibus in xpo  
 quiescentibus locum refrigerii lucis & pacis ut indulgeas depreca  
 mur. Per eundem christum dominum nostrum Amen.

**Dextra manu percutit pectus suum aliquantulum altius dicens.**  
 Nobis quoq; peccatoribus & secrete prosequitur. famulis tuis de  
 multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam:  
 & societate donare digneris cum tuis sanctis apostolis & martyri  
 bus cum.

Ioanne

Stephano

Mathia

Barnaba

Ignatio

Alexandro

Marcellino

Petro

Felicitate

Perpetua

Agata

Lucia

Agnete

Cecilia

Anastasia. & omnibus sanctis

tuis intra quorum nos consortium non estimator meriti: sed ue  
 nie quesumus largitor amitte. Per xpm dominum nostrum.

**Tum iungit manus ante pectus dicens secrete.**

Omnia domine semper bona creas: manu dextra ter signat coniu  
 niter super hostiam & calicem dicens. sancti **H**ficas: uiui **H**ficas  
 bene **H** dicis & prestas nobis. discooperit manu dextra calicem

& genuflexus reuerentias facit sacramento. tum se erigit: & reue-  
reter accipit hostiã inter pollicẽ & indicem dextre manus: & cum  
ea sup calicẽ: quẽ sinistra manu tenet per nodũ infra cuppã: signat  
ter a labio in labiũ dicẽs. Per ip̃ **H** sum: & cuꝝ ip̃ **H** fo: & in ip̃ **H**  
fo cũ hostia bis inter se & Calicẽ a labio calicis incipies signat di-

ces. Est tibi deo **P**atri omnipotẽti: in unitate spiritus **S**ancti  
ois honor & gloria. Tenet manu dextra hostiã sup calicẽ eleuat  
aliquatũ ambabus manibus hostiã: simul & calicẽ: & sine mora  
illũ ac illã reponit ad loca solita pollices & indices sup labiũ cali-  
cis aliquatũ tergit iũgit: & Calicẽ palla cooperit: & usq; ad terrã  
genuflectẽs sacramentũ ueneratur: erigit se: & manibus more soli-  
to extensis hinc & inde super altare positis: dicit intelligibili uoce

Per omnia secula seculorum **R.** Amẽ. Oremus. Preceptis salutari-  
bus moniti: & diuina institutione formati audemus dicere.  
Eleuat & iungit manus ante pectus: & oculis ad sacramentum in  
altari positum intentus: capite inclinato: dicit eadem uoce.  
Pater noster. extensis manibus ante pectus continuat ut prius.

Qui es in celis: sanctificetur nomen tuũ. Adueniat regnum tuum  
fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra. Panẽ nostrum quodia-  
num da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut & nos  
dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptatio-  
nem. Respondet minister. Sed libera nos a malo.

Celebrans dicit secrete. Amen. Et manu dextra: pollice & indice  
nõ disunctis: accipit patenã de Altari & inter indicem & medium  
digitos dicte manus tenet ipsã super altare erectam: sinistram uero  
tenet ante pectus; more solito extensam dicens secrete.

Libera nos q̃sumus dñe ab oĩbus malis: preteritis: p̃ntibus: & futu-  
ris: & intercedẽte b̃tã & gloriosa semp uirgine dei genitrice Maria:  
& beatis Apl̃is tuis Petro & Paulo atq; Andrea & oĩbus sc̃tis.  
Eleuat manu dextra patenam de Altari: & signat seipsum cum  
ea: producendo Crucem a fronte ad pectus: ac patenam ipsam  
osculatur: interim dicens secrete.

Da propicius pacem in diebus nr̃is: ut ope misericordie tue adiuti:  
& a peccato simus semp liberi: & ab omni perturbatione securi.  
Submittit patenam hostie: quam ponit in ipsã patenam: discoope-  
rit Calicem: & genuflexus in terram sacramentum ueneratur:  
erigit se; accipit hostiam inter pollicem & indicem dextre manus

& cum illis ac pollice & indice sinistre manus eam super sanguinem in calice tenens: cum reuerentia frangit per medium: & mediam quam inter pollicem & indicem dextre manus tenet: ponit in patenam interim dicens. Per eundem dñm nrm Iesum xpm filiũ tuũ. De alia media quã inter pollicem & indicem sinistre manus tenet: accipit cũ pollice & indice manus dextre particulã quã inter ipsos dextre manus pollicem & indicem retinet. Partem uero quã in sinistra habet adiungit medie: per ipsum super patenam posite: interim dicens.

Qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus.  
Particulã hostie quã retinuit in dextera manu: tenet sup Calicem quẽ manu sinistra p nodũ infra cuppã retinet: intelligibili uoce dicens.

Per omnia secula seculorum. R. Amen.

Cum ipsa particula signat ter a labio in labium Calicis dicens.

Pax. Dominus sit semper uobiscum. R. Et cum spiritu tuo.  
Particulã quam dextera manu tenet: imponit in sanguinem: dicens

Secrete. Fiat cõmixtio & cõsecratio corporis & sanguinis dñi nostri Iesu xpi accipientibus nobis in uitam eternam. Amen

Pollices & indices sup labiũ Calicis aliquantulũ tergit: iungit Calicem palla cooperit: & genuflexus sacramentũ ueneratur: surgit & stans iunctis manibus ante pectus capite inclinato: dicit intelligibili uoce,

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Manu dextra percutit pectus suum & prosequitur.

Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis

Iterum manu dextra percutit pectus suum: & tertio dicit

Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.

Percutit tertio eadem manu pectus suũ. Tum inclinato capite: ante medium altaris manibus iunctis super altare positis secrete dicit,

Domine Iesu xpe qui dixisti Apostolis tuis: pacem meam do uobis pacem relinquo uobis ne respicias peccata mea sed fidem ecclesie tue: eamque sicut uoluntatem tuam pacificare & coadunare dignare.

Qui uiuis & regnas deus per oia secula seculorũ. Amen. Si est datus turus osculatur altare in medio & instrumentũ pacis: sibi porrectum per ministrũ: iuxta ipsum ad dextrã uidelicet in cornu Epistole genuflexum prius dicens uoce competenti. Pax tecum. Et minister sibi respondet. Et cum spiritu tuo. Surgit minister & pacem interessentibus misse porrigit osculandam: dignioribus primo deinde aliis: ultimo mulieribus, singulis dicens. Pax tecum. Et


singuli respondent ei. Et cum spiritu tno. Celebrans pace oscula-  
ra: stans in medio altaris inclinatus ut prius dicit sequētes oratio-  
nes. Si non est daturus pacem etiam si illius datio misse cōueniat:  
non osculatur altare: sed premissa oratiōe dicta sine morastans ut  
prefertur: subiungit sequentes orationes. Si uero celebrat p defun-  
ctis ommissis oibus precedentibus: ab Agnus dei inclusiue hucusq;  
positis intelligibili uoce: sine ulla pectoris percussione Agnus dei  
qui tollis peccata mundi dona eis requiem. Agnus dei qui tollis  
peccata mundi dona eis requiem. Agnus dei qui tollis peccata  
mundi dona eis requiem sempiternam. Tum prosequitur secrete  
sequentes orationes que etiā in singulis aliis missis dicuntur: exce-  
pta solum Veneris sancta: quia non missa sed singulare officium  
celebratur. Domine Iesu xpi fili dei uiui qui ex uoluntate patris  
cooperante spiritu sancto per mortem tuam mundum uiuificasti:  
libera me per hoc sacrum corpus & sanguinem tuum ab oibus ini-  
quitatibus meis: & uniuersis malis: & fac me tuis semp inherere mā-  
datis: & a te nunq separari permittas. qui cum eodem deo patre &  
spiritu sancto uiuis & regnas in secula seculorū Amen. Perceptio  
corporis tui dñe Iesu xpe quod ego indignus sumere psumo nō  
mihi proueniat in iudicium & cōdemnationem: sed pro tua pieta-  
te profit mihi ad tutamentum mentis & corporis & ad medelam  
percipiendam. qui uiuis & regnas cū deo patre in unitate spiritus  
sancti deus per omnia secula seculorū Amen. His dictis in terram  
genutlectens sacramentum ueneratur: rū se erigit & dicit secrete.  
Panem celestē accipiam & nomen dñi inuocabo. Quo dicto acci-  
pit de patena reuerenter ambas partes hostie sup illā positas: inter  
pollicē & indicē sinistre manus: & patenā inter eundē indicem &  
medium digitos eiusdē manus & tenens partes hmoi supra pate-  
nam: manu dextra tribus uicibus percutit pectus suū interim etiā  
tribus uicibus dicens uoce aliquantulum eleuata. Dñe non sum  
dignus & secrete prosequitur. ut intres sub tectum meū: sed tantū  
dic uerbo & sanabitur aīa mea. Quibus tertio factis & dictis: acci-  
pit ambas partes pdictas hostie: ex sinistra: inter pollicē & indices  
dextre manus: & cū illis supra patenā signat seipsum signo crucis di-  
cēs secrete. Corpus dñi nri Iesu xpi custodiat aīam meam in uita;  
eternā Amē. Cubitis sup altare positis: & patena sinistra manu par-  
tibus hostie pdictis: & ori supposita: reuerenter sumit easdē ambas

partes. quibus sumptis deponit patenam super corporale: tergit se  
 & ambas manus ante faciē iungens: aliquantulū quiescit: deinde  
 depositis manibus dicit serete. **Quid retribuam dño pro omni-**  
**bus que retribuit mihi.** Discooperit Calicem ac pollices & indi-  
 ces super labium ipsius aliquantulum tergit: ac iterum eas iungit  
 accipit patenā & eam diligenter cum pollice dextre manus super  
 Calicem extergit: ne quid de hostia sup ea remaneat: & si sunt ho-  
 stie consecrate sup corporali posite pro alio tempore cōseruande  
 facta eis reuerētia debita: reponit eas in uas ad hoc ordinatum. &  
 diligēter aduertit: ne qua particula quantūcūq; minima maneat  
 super corporali: sed studiose & accurate reponit: in calicē & pollici-  
 bus ac indicibus iunctis: genuflexus iterū sacramentū ueneratur:  
 surgit & calicem ambabus manibus: uidelz cum sinistra pedem:  
 cum dextra uero nodum infra cūpā accipit dicens **secrete. Calicē**  
**salutaris accipiā & nomen dñi inuocabo. Laudans inuocabo dñm**  
**& ab inimicis meis saluus ero. & signās se signo crucis cum calice**  
**dicit serete. Sanguis dñi nostri Iesu xpi custodiat animam me-**  
**am in uitā eternā. Amen. Et stans reuerenter sumit totum sangui-**  
**nem: cum particula in calice posita: quibus sumptis dicit serete.**  
**Quod ore sumpsimus dñe pura mēte capiamus: & de muneribus**  
**tēporali: fiat nobis remediū sempiternum. Amen. Interim porri-**  
**gens calicem ministro: qui infundit in eum uinum: quo celebrans**  
**se purificat: & si qui sunt cōmunicandi eos cōmunicat: anteq̄ digi-**  
**tos abluat: reseruato ordine de tempore & modo cōmunicādi po-**  
**pulum in p̄sbyterali dato. Tum purificatis & cereris cōmunicatis:**  
**dicit serete.**

Corpus tuum domine quod sumpsi: & sanguis quem potaui: ad-  
 hereat uisceribus meis: & presta: ut in me non remaneat sceletum  
 macula quem pura & sancta refecerunt sacramenta: qui uiuis & re-  
 gnas cū deo patre in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula  
 seculorū. Amen. Eodem ministro uinum iterū fundente: celebrās  
 abluit pollices & indices super calicem: & abluionē etiam sumit:  
 deinde extergit etiam os & calicem purificatorio: & purificatoriū  
 sup calicem: ac de super patenam ponit: & prout sibi magis placet  
 collocat: ad partem dextrā uel sinistra: aut in medio altaris dimittit  
 interim liber missalis per ministrum ad cornu Epistole repositur  
 & directe inter anteriorem & posteriorem partes altaris ponit

ubi expeditis premiffis: celebrans ftans uerfus ad altare: manibus  
iunctis uel difiunctis: prout fibi magis placet: fuper altare uel librū  
pofitis: legit exinde Cōmunionem: qua lecta iunctis manibus añ  
pectus: uadit ad mediū altaris/ubi de pofitis fup eo manibus:hinc  
& inde extenfis: illud in medio ofculatur: cū iunctis ut prius mani  
bus ante pectus demiffis oculis ad terram ibidē ad manū finiftrā:  
hoc eft ad latus dextrū: uertit fe ad populū: & dicit intelligibili uo  
ce populo uerfus. **Dñs uobifcū.** Extendendo interim & iungen  
do manus ante pectus: digitis tamen non difsimilibus. *ꝛ.*  
**Et cū spū tuo.** Iunctis manibus: per eandē uiaz ad medium altaris  
reuerfus: facta ibidem Cruci reuerentia accedit ad librū: ubi exten  
dendo & iungēdo manus ante pectus: ftans ad altare uerfus: dicit  
eadem uoce. **Oremus.** & caput deo inclinat extenfis manibus añ  
pectus: ftans ut prius **Oremus:** dicit post cōionem miffe coueni  
entem ufq; ad **Per dñm.** Seu aliā conclufionem/ quam dicendo  
iungit manus ante pectus / & ad uerba fic eas tenet ufq; ad finem  
postcōionis/ quā cū fua conclufione ante librū perficit: & dicendo  
Iefum xpm. **Caput deo inclinat /** & fic manus tenet ufq; ad finem  
postcōionis: qua ibidem perfecta fi alie funt postcōiones dicende  
*ꝛ.* **Amen.** Repetit fimili uoce. **Oremus.** Et subiungit eas/ prout  
de orationibus & fecretis fupra diximus. Quibus ibidem ufq; ad  
finem dictis: iunctis manibus ante pectus reuertitur ad mediū alta  
ris: & de pofitis fuper eo manibus/ hinc & inde extēfis/ illud in me  
dio ofculatur: ac eodē modo iūctis manibus ut prius demiffis ad  
terram oculis ad manū finiftram: hoc eft ad latus dextrū ad popu  
lum uerfus: dicit uoce predicta. **Dñs uobifcū.** Extendēdo & iun  
gendo interim manus ante pectus: digitis nō difiunctis. *ꝛ.* **Et cū  
fpiritu tuo.** Et adhuc ad populū uerfus: iunctis manibus ante pe  
ctus: dicit intelligibili uoce. **Ita miffa eft.** Quod dicitur ad oēs  
miffas in quibus dictum eft. **Gloria in excelsis deo.** Quo dicto ce  
lebrans per eandem uiam reuertitur ad medium altaris. *ꝛ.* **Deo  
gratias.** Vel fi miffa ferialis fit: aut alia: in qua non fit dictum **Glo  
ria in excelsis deo.** finita post cōmunionem: & **Dominus uobifcū**  
repetit: uertit fe per uiam predictam ad altare: ubi ftans uerfus ad  
illud: iunctis ante pectus manibus loco **Ite miffa eft:** dicit intelli  
bili uoce. **Benedicamus domino.** *ꝛ.* **Deo gratias.** In quadrage  
fima a die cinerū: incluſiue: ufq; ad quartā feriā hebdomade ſancte

etiam inclusiue in feriali officio dūtaxat: postq̄ celebrans dixit oēs  
 postcōiones: cum suis solitis conclusionibus prout superius ordi  
 natum est: anteq̄ repetat Dñs uobiscū: stans in eodem loco: in quo  
 postcōiones dixit ante librū: cōuersus ad altare ut erat: dicit abso  
 lute intelligibili uoce. **Oremus.** **H**umiliate capita uestra deo.  
 Inclinat caput: & subiungit eadē uoce orationem super populum  
 ibidem ordinatam: cum sua cōclusionē: qua finita: accedit ad me  
 dium altaris: osculatur illud: & conuersus modo superius dato: ad  
 populū dicit. Dñs uobiscum: & alia: ut supra diximus. Dñicis uero:  
 & aliis diebus. xl. in quibus de aliquo festo: uel pro defunctis aut  
 uotiuā missa celebratur: oratio hmōi super populū cum suo Ore  
 mus. Humiliate capita uestra deo nō dicitur: sed missa ipsa modo  
 prius dicto terminatur. Si uero celebrabit p̄ defunctis. omissis Ite  
 missa est: & Benedicamus dño: dicto secundo Dñs uobiscū: reuer  
 titur per eandem uia per quā ad populum se cōuerteret ad altare:  
 ubi stans in medio: uersus ad illud: iunctis manibus ante pectus di  
 cit intelligibili uoce **Requiescant in pace.** **ꝛ.** **Amen.** Tū stans añ  
 mediū altaris capite inclinato & manibus iunctis sup altare positus:  
 dicit eadē uoce **Placeat tibi sc̄ta trinitas obsequiū seruitutis mee:**  
 & presta: ut sacrificiū quod oculis tue maiestatis indignus obtuli.  
 tibi sit acceptabile: & mihi ac omnibus pro quibus illud obtuli: sit  
 te miserante propitiabile. **Per xpm dñm nostrum Amē.** **Extensis**  
 manibus hinc & inde sup altare positus: ipsum altare osculatur: **re**  
 git se: & adhuc stans uersus ad illud: dicit intelligibili uoce. **Bene**  
 dicat uos omnipotens deus. Iungit manus ante pectus: & caput  
 deo inclinat: & iunctis manibus ac demissis oculis ad terram. Si al  
 tare est populo uersum: ita q̄ in eo celebrans populo stat uersus:  
 stans ut erat benedicit manu dextra populo: primo inter cornua  
 Euangeliū: tum in medio altaris: deinde inter cornua Epistole di  
 cens interim: Pater: & filius: & spiritus sanctus. Si uero altare nō est  
 populo uersum: sed cōmuni modo positum uertit se ad manum si  
 nistram: hoc est ad latus dextrū: & per girum tertio populo bene  
 dicit. Primo uersus cornu Epistole: ubi manu dextra signū crucis  
 producit super populū dicit eadem uoce. **Pa** **✠** ter tum in me  
 dio dicens simili uoce. & si **✠** lius deinde uersus ad cornu Euan  
 gelii dicens uoce predicta. & **S**piritus **✠** sanctus. **ꝛ.** **Amen.** Primā  
 autem & tertiam benedictiones huiusmodi nō dat directe uersus

cornu Epistole & Euangelii: sed magis uersus medium super populum ibidem existentem. Aut si populus qui misse interfuit est in medio: dictis per celebrantem uerbis: *Bñdicat uos oipotens deus: uertit se uel non uertit p dispositione altaris: ut supra diximus: & super populū manu dextra in medio: unicum tantū crucis signū producit dicēs. Pater & filius*  *& spiritus sanctus: & circulū perficit. Si celebrauit coram summo Pontifice aut Cardinale: uel Legato sedis apostolice: Patriarcha: Archiepo: uel Epo: in prouincia: ciuitate: uel diocesi sua existente: celebrans non benedicit ppria auctoritate: sed dicto per eum Placeat: conuertit se ad summū Pontificem genuflexus: aut Cardinalem: legatū: uel prelatū ipsum: capite inclinato: ab eo benedictionē recepturus: nisi summus Pontifex Cardinalis: legatus: uel prelatus signum dederit: celebrans iterum ad altare conuersus dicit Benedicat uos oipotens deus. Pater & filius: & interessentibus ad manū sinistra: uidelicet in cornu Epistole: & in medio bñdicat: omissis uerbis: & spiritus sanctus: ac signo crucis ad dextram: uidelicet in cornu Euangelii: in qua est Pontifex ipse: Cardinalis: legatus: uel prelatus: & ibidem sine mora Pontifici genuflectit: uel Cardinali: legatō: uel prelatō: caput inclinat: qui ei benedicit. Si uero locus summi pontificis: Cardinalis: legatū uel prelati: hmoi non esset in cornu euangelii: sed in alia parte: uel altare esset populo uersum: celebrans recepto signo: benedicendo pertransit eum & non ei: sed aliis benedicit ordine solito: tum ab eo benedictionem accipit ut prediximus. Si autē celebrauit corā Cardinale: Patriarcha: Archiepo: uel Epo extra eorū titulum: ecclesiam: siue prouinciam: ciuitatem & diocesim constitutis: nō habet ad eos hmoi respectum: sed eis ut ceteris interessentibus more consueto bñdicat. perfecto circulo: uel si celebrauit p defunctis: omissa benedictione: quia post missam non datur bñdictio: osculato post dicto Placeat ut premittitur altari in medio: & si est uas cū hostiis consecratis pro alio tēpore cōseruandis reponendum: illud facto sacramento debita reuerētia detesto capite defert & deponit illud in locum suū: & locum ipsum bene claudit: quo facto reuertitur ad medium altaris: & stans ibidem iūctis manibus ante pectus uersus ad cornū Euangelii dicit intelligibili uoce. *Dñs uobiscū. &c.*  
*Et cum spiritu tuo.* Signat pollice dextre manus ibidem altare & se in fronte: ore: & pectore dicens eadem uoce.*

**I**nitium sancti euangelii s̄m Ioannē. *ꝑ. Gloria tibi dñe. Tum eo-  
dē modo stans iunctis manibus ante pectus psequitur simili uoce.*

**I**N principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & deus  
erat uerbū: hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsū  
facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factū est in ipso uita  
erat: & uita erat lux hominū: & lux in tenebris lucet: & tenebre eā  
non cōprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioā  
nes. Hic uenit in testimoniū: ut testimoniū perhiberet de lumine:  
ut oēs crederēt per illum. Nō erat ille lux: sed ut testimoniū perhi  
beret de lumine. Erat lux uera que illuminat omnē hominem ue  
nientem in hunc mundum. In mundo erat: & mundus per ipsum  
factus est: & mundus eum nō cognouit. In propria uenit: & sui eū  
non receperunt. Quotquot autē receperunt eū dedit eis potestatem  
filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sangui  
nibus: neq; ex uoluntate carnis: neq; ex uolūtate uirū: sed ex deo na  
ti sunt. *genus flexus dicit uoce predicta.* Et uerbū caro factum est.

*Surgit & stans ut prius: perficit Euangelium eadem uoce.* Et habi  
tauit in nobis. Et uidimus gloriam eius gloriā quasi unigeniti a  
patre. Plenū gratie & ueritatis. *Finito euangelio si celebrauit co  
ram sūmo Pontifice: aut Cardinale: Patriarcha: Archiepo: seu Epo  
in eorum residentiis: aut ecclesia: uel loco iurisdictionis eorū: con  
uerit se ad eum coram quo ex predictis celebrauit: & facit ei reue  
rentiam conuenientem: q; si non celebrauit corā aliquo predicto  
rum ut prefertur: hmōi conuersionem & reuerētiam pretermittit.  
Minister accipit candelas de altari: & extinguit eas. Celebrans pli  
cat corporale palla intraposita: reponit ea in bursam corporalis: &  
calicem cum patenā in sacculum siue lintheum ad hoc ordinatus  
ligat ponit desuper bursam cum Corporali: & omnia in manum  
sinistram recipiens: manu dextra retinet bursam corporalis ne ca  
dat: & precedente ipsum ministro cum missali: cussino: ampulis ui  
ni & aque: hostiaria cum hostiis: candelis & intorticio extinctis: re  
dit ad Sacristiam: uel alium locum cōuenientem ubi depositurus  
est sacras uestes: interim dicens Antiphonam & psalmos: & alia se  
quentia Si uero sit dimissurus hmōi uestes ante altare ubi celebra  
uit: finito Euangelio predicto: dimissis ut sunt super altari Corpo  
rali: & Calice: ac aliis supradictis: easdem uestes deponit ibides: &  
super ipsum altare reponit: interim dicens Antiphonam.*

**T**rium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes dominum.

**B**enedicite omnia opera domini dño: laudate & superexalta te eum in secula.

**B**enedicite angeli dñi domino: benedicite celi domino.

**B**enedicite aque omnes que super celos sunt domino: benedicite omnes uirtutes domini domino.

**B**enedicite sol & luna domino: benedicite stelle celi domino

**B**enedicite imber & ros domino: benedicite omnis spūs dei dño

**B**enedicite ignis & estus domino: benedicite frigus & estas dño.

**B**enedicite rores & pruina dño: benedicite gelu & frigus dño.

**B**enedicite glacies & niues dño: bñdicite noctes & dies dño.

**B**enedicite lux & tenebre dño: benedicite fulgura & nubes dño.

**B**enedicat terra dñm: laudet & superexaltet eum in secula.

**B**enedicite montes & colles domino: benedicite uniuersa germi nantia in terra domino.

**B**enedicite fontes domino: benedicite maria & flumina domino

**B**enedicite cete & omnia que mouentur in aquis domino: benedi cite omnes uolucres celi domino.

**B**enedicite oēs bestie & pecora dño: benedicite filii hominū dño

**B**enedicat Israhel dñm: laudet & superexaltet eum in secula.

**B**enedicite sacerdotes domini dño: benedicite serui dñi dño.

**B**enedicite sp̄itus & anime iustorum domino: benedicite sancti & humiles corde domino.

**B**enedicite Anania Azaria Misael domino: laudate & superexalta te eum in secula.

**B**enedicamus patrem & filium cum sancto spiritu: laudemus & & superexaltemus eum in secula.

**B**enedictus es domine in firmamento celi: & laudabilis & glorio sus & superexaltatus in secula.

**Psalmus.**

**L**audate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamen to uirtutis eius.

**L**audate eum in uirtutibus eius: laudate eum secundum multitu dinem magnitudinis eius.

**L**audate eum in sono tube: laudate eū in psalterio & cythara.

**L**audate eū in tympano & choro: laudate eū in cordis & organo

**L**audate eum in cimbali benesonantibus: laudate eum in cimba-

lis iubilationis omnis spiritus laudet dominum

**G**loria patri & filio & spiritui sancto. **S**icut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorum Amen.

*Reperit antiphonam secrete.*

**T**rium puerorū cantemus hymnum quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes dominum.

**Stans detecto capite in cornu Epistole uersus ad ipsum altare si est coram eo: uel si est alibi detecto capite dicit secrete.**

kyrie eleison    **Xp̄e** eleison.    kyrie eleison.

Pater noster. **Quo secrete completo dicit:**

Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos a malo.

Confiteātur tibi dñe omnia opa tua. Et sancti tui benedicāt tibi.

Exultabunt sancti in gloria: Letabuntur in cubilibus suis.

Non nobis dñe non nobis. Sed nomini tuo da gloriam.

Domine exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te ueniat.

**Oratio.**

**D**eus qui tribus pueris mitigasti flammam ignium: concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flamma uitiorum

**Alia oratio.**

**A**ctiones nostras quesumus dñe aspirando preueni: & adiuuando prosequere: ut cūcta nostra oratio & operatio a te semper incipiat & per te incepta finiatur. Per xpm dominum nostrum Amen.

**Quibus dictis & sacris uestibus depositis: reponit Calicem & patenam in sacculum siue lintheum ad hoc ordinatū ligat plicat Corporale palla intraposita: reponit ea in bursam: restituit omnia ad loca sua: & uadit in pace**

**De his que omittuntur in missa pro defunctis.**

In missa pro defunctis: ad Introitum non dicitur Gloria patri: neq; dicitur Gloria in excelsis deo: neq; alleluya: neq; Iube domine benedicere: & benedictio ante Euangeliū: neq; Euangelio dicto osculatur textus: neq; dicitur Credo: Aqua calici imponenda pro sacrificio non benedicitur. Agnus dei specialia habentur Oratio dñe Iesu xpe qui dixisti apostolis &c. non dicitur. Pax non datur: neq; missa finita populo benedicitur: sed omissis **Ite missa est: & Benedicamus domino: dicitur Requiescant in pace. Placeat: & alia omnia dicuntur & fiunt: que & prout in ceteris missis dici & fieri consueverunt.**

De celebratione duarum uel trium missarū eadem die.

Sunt nōnulli sacerdotes: ob raritatem clericorum: aut ecclesiarum paupertatē: duas parrochiales ecclesias obtinentes: quibus a iure conceditur celebrare duas missas in die. Hi uel quicumq; alii sacerdotes: in casibus a iure permissis bis in die celebrare uolentes: non debent in prima missa post sumptum sanguinem se purificare/ uel ablutionem digitorū sumere/ sed post sanguinis sumptionē digitos sup calicem abluere: & ablutionem hmōi in aliquod uas mundum reponere/ & alia die qua unā missam tantū celebrarunt post sanguinis sumptionē/ uel eadem diē post dictā secundā missas de ea se purificare/ seu post purificationem & ablutionē eiusdē secur de misse eā sumere. Plures autē q̄ duas missas una die celebrare nō licet/ sola die Natiuitatis saluatoris nostri Iesu xp̄i excepta: in qua quilibet sacerdos alias ad celebrandū dispositus potest tres missas celebrare/ quod facturus etiā non debet in prima & secunda missa se purificare/ aut ablutionem digitorū sumere: sed eas in aliquod/ uas mundum reponere/ & eam post purificationē tertie misse sumere. Qui autem eadem die plures missas celebraturus: in prima uel secunda missa se purificauerit: aut ablutionē sumpserit: non debet illa die ulterius celebrare. Preterea sacerdos in die Natiuitatis p̄dicte duas uel tres missas etiā sine aliqua intermissione celebraturus: debet ante quamlibet missarū hmōi dicere cōfessionē: & in fine cuiuslibet populo benedicere: & post primā & secundā missas hmōi dicere Euangeliū sancti Ioannis. In principio erat uerbū &c. Ac oīa alia facere & dicere: purificatione omissa: ut prefertur: que in aliis missis dierū: in quibus una tantum missa celebratur: dicuntur & fiunt. Post tertiam uero missam loco dicti Euangelii sancti Ioannis: solet dici Euangeliū s̄m Matheū: Cū natus esset Iesus &c. quod habetur in missa diei Epiphanię dñi.

De missa sicca nuncupata.

Sunt & alii sacerdotes qui in quadragesima uel aliis diebus in quibus due misse speciales habentur uidelicet Vna de festo/ & alia de dominica: uel feria: celebrata altera earum: aliā pro deuotione sua legūt: absq; consecratione: quod fieri licet hoc ordine. Data benedictione post missam celebratā. & Euangelio sancti Ioannis lecto: celebrans deponit Casulam: & aliis omnibus paramentis retentis: stans in cornu Epistole uersus ad altare: detecto capite: legit abso

lute ex missali Introitum alterius misse: Gloria in excelsis deo: si illud in prima missa non dixit: & secunde misse cōueniat: alioquin ipsum pretermittit. Idem obseruat de Credo in unū deū: subiūgit absolute pretermittit. uer. Dñs uobiscum. & Oremus: Oratio tionem: Epistolam: Graduale: Alleluia: uel tractum Euangelium/ quod incipit Sequentia uel Initinm sancti Euangelii pretermittit. uer. Dñs uobiscum: Offertorium: Cōmunionem. Et similiter omittit. uer. Dñs uobiscum & Oremus: absolute subiūgit Post cōmunionem: oīa intelligibili uoce legens: & sic ibi absq̄ aliqua cerimonia officium ipsum terminat. Tum dicit secreta seu compe tenti uoce Antiphonam. Trium pueroꝝ &c. deponit omnia para menta prout superius post missam ordinariam dictū est.

De eadem missa Sicca in mari & flu  
minibus celebrari solita.

In loco fluctuanti: ut in mari: & fluminibus: celebrare non licet ali c. ii. Consuevit tñ in mari: pro populoꝝ deuotione/ absq̄ consecra tione missa (quam siccam uocant) dici per sacerdotē hoc ordine. In loco naui Ecclesiola nuncupato: parata est mensa: supra quam ponitur mappa munda/ etiā nō benedicta: & in medio partis poste rioris eiusdem mensæ Crux/ hac hinc & inde in cornibus posterio ribus ipsius mensæ duo Candelabra cum duabus candelis ardenti bus collocantur: ubi sacerdos missam hmōi dicturus: ante dictam mensam stans: accipit superpelliciū: & desuper Stolas ab humeris dependentē: quā trauersat ante pectus per modū crucis: & cingulo eā firmat. Vel s̄m alios: oībus paramētis sacerdotalibus induitur: ordine superius dato: omitta sola Planeta siue casula: qua nō utit̄. Sicq̄ paratus stans añ mensam p̄dictā: facit cōfessionē cū interessē tibus dicēs. In nomine patris & filii & spiritus sancti. Introibo &c. prout habetur supra in principio misse: usq̄ ad orationē. Oramus te dñe. ut per merita &c. exclusiue: ascendit ad mensam predictam: & omisso illius osculo stans in cornu Epistole legit illius Introitū Kyrieleison. Gloria in excelsis deo: si est dicendum. Dominus. uo biscum non uertendo se ad populum. Oremus: & Orationem or dinariam. Deinde si placet/ & dici cōueniat: facit unam uel duas cōmemorationes: legit Epistolam: Graduale: Alleluia si est dicen dum: uel Tractum: portat librum ad cornu Euangelii: dicit in me dio mēse. Munda &c. Dominus sit in corde &c. deinde ante librū


**Dñs uobiscum. Sequentia &c. signando librum & se in frōre: oret & pectore finito Euangelio osculatur textum: dicit Credo: si dies & officium requirit: Dñs uobiscum non uertendo se ad populum Oremus: Offertorium: Presentationem. Sanctus &c. Oremus preceptis salutaribus moniti &c. Pater noster. Agnus dei: & dat osculum pacis. si alias officio illius diei quod legit conueniat: reuertit cum libro ad cornu Epistole. dicit cōmunionem in eodem loco. Dominus uobiscum: non uertendo se ad populum. Postcōionem & cōmemorations: si prius fecit ibidem. Dñs uobiscum ut prius: & Ite missa est: uel Benedicamus: prout conuenit. aut Requiescāt in pace: si legit pro defunctis: quo dicto ibidem se uertit ad populum & illi more solito benedicit: si non legit pro defunctis. Pro quibus si legit: benedictionem hmōi pretermittit. Tum dicit Dñs uobiscum & signans seipsum in fronte: oret & pectore: continuat. Initium sancti Euangelii s̄m Ioannem. In principio &c. ut supras Quo finito uestes sacras quas recepit ibidem deponit. Omnia premissa in hmōi missa dicuntur uoce intelligibili: ita q̄ ab omnibus illi interessentibus audiantur.**

**De eadem missa coram infirmo uel  
alia persona celebranda.**

**Et si aliquando accidat q̄ quis infirmus uel alius uelit missam audire ubi non est sacerdos ad missam celebrandam dispositus: quia ipse eadem die celebrauit uel ex alia legitima causa poterit sacerdos in ecclesia uel alio loco conuenienti: ut premititur missam hmōi sicā legere in omnibus & per oīa prout superius de missa Nauali dictum est: & non debet in ea sacramentum ostendere: etiā si illud in ecclesia ibidem in loco suo sacro habeat paratum p̄pter periculum ostensionis. Ad laudem saluatoris n̄i.**

**C** Ordo misse nouiter impressus haud parua cum diligentia correctus Romæ per Ioannem Beplir Alemanum de Argentina Anno. M. D. XI. Die. xx. Mensis Decembris. Sedente Iulio. II. Pon. Max. Anno eius. viii.





BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU  
234239 II  
234236 II  
C. 10714

